

Sum ex libris
J. F. Ruppelii.

ÆMYLII FERRETTI JC. SUÆ ÆTATIS FACILE PRINCIPIS

Libellus Singularis

De

MORA


Ut & ejusdem

De

INTERESSE

QUO POSTREMO CONTINEtur legis un, C. de sent. quæ pro eo quod interest proferuntur interpretatio.

UTERQUE HINC INDE SPARsis annotationibus nec non remissionibus plurimum practicis novissimè adornatus.



OSNABRUGI,

Apud Johann, Georg, Schwänderum, 1675.

LECTORI S.

P*Rodit denuò in lucem Æmylii Ferretti hactenus desideratus* libellus de Mora, *non operosâ quidem facundiâ vel tædiosâ mole tumens, in quo tamen ex legum fonte breviter argumenti natura, constitutio atque effectus pertractantur, de cujus laudibus te diffusè morari haud visum fuit, cum ipse se omnibus commendet, maximè quidem, cum hodiè nihil avidius expetatur, quàm quod in vitâ civili fructuosum aut in judiciis frequens; nemo autem vel mediocriter saltim in foro versatus inficiabitur præsens argumentum in praxi quotidianum & frequentissimum esse, ad quam eò commodius intereà reddi posse credebatur, si cum novissimis IC. scriptis ac observatis conferretur, cui negotio inservire possunt annotationes ac remissiones novissimæ; hisce præmonitis Vale.*

ÆMYLII FERRETTI JURISCONSULTORUM HUJUS ÆTATIS FACILE PRINCIPIS

Libellus singularis De Mora.

SUMMARIA Secundum Numerum Marginalem.

1. *Ratio quare hunc Libellum scripserit.*
2. *Finis professoris est ut docendo proficiant auditores, non tantum videri legisse.*
3. *Mora antiqua est, & utilis, & latè patet.*
4. *Mora hîc est ea quæ sine petitione esse non potest; aliàs ubi aliquid tardius fit. Quid morari sit.*
5. *Mora esse potest utrinque ubi actio est.*
6. *Fur & raptor semper sunt in mora.*
7. *Debitum servum qui occiderit, aut perdiderit, ipso facto est in mora: & hæc etiam propriè mora est contra Ias.*

31. Pe-

31. *Petere interpellationem extrajudicialem significat. Per Ferr. minime. Quid significat dies interpellat pro homine.*

32. *Secundus effectus moræ est fructuum: qui debentur aut per se ex natura actionis: aut ex mora. Tamen negatur fructus à mora deberi & 40*

33. *Fructus à mora quomodo debentur per gloss. Per Ferr. 35. & 36.*

36. *In legatis, & fideicommissis non est mora, sed ex litis contestatione debentur fructus: idque ex æquitate.* (*veluti causa.*

39. *Fructus aut præstantur veluti fructus: aut*

42. *Tertius effectus moræ, usurarum.*

43. *Mora aliquando tardius factam solutionem significat.*

44. *Primus effectus hic positus, & secundus non semper pendet à mora.*

45. *Quartus, ac verus effectus moræ est interitus, ejusque periculum.*

46. *Interpellatione facta an teneatur morosus, sive res erat eodem modo peritura penes actorem, sive nõ. Quid sentiendũ ex sententia Ferr. n. 47 in fi.*

47. *In mora exoriente tenetur reus sine exceptione.*

48. *Effectus ultimus moræ est, ut possessor malæ fidei evadat morosus.*

49. *Creditor constituitur in mora, si ei offeratur congruo loco, & tempore.*

50. Debitor tria molitur offerendo: aut emendationem moræ: aut liberationem absolutam: aut solam moram creditoris.

51. In mora creditoris constituenda nihil interest inter eam quæ exoritur, & eam quæ fit: &

52. Quinque ejus effectus.

53. Moræ faciendi effectus.

54. Mora in obligationibus dandi, & tradendi emendatur oblatione: in factis verò, si opus factum fuerit, ante acceptum judicium. & n. 55.

56. Mora non semper purgatur: ut in septem casibus usque ad num. 63. Per Ferr. sunt tantum duo.

64. Mora creditoris purgatur per litis contestationem.



I nobis eadem esset docendi via, & ratio, quæ interpretum juris civilis ante nos ferè fuit: aut idem, quod nobis est, semper illis aliquando propositum fuisset, frustra nobis nunc haud quaquam parvus hic labor susciperetur. Quis enim addere se posse putet aliquid ad copiam Alexandri, atque Felini? aut acu-

acutius quid cernere, quàm lumina fecerunt ſuorum temporum propè æquales Aretinus, Socinus & Decius?

Sed cum illi infinita propè ſcripſerint ad 1
ſimilitudinem potius, quàm ad rationem, ſecuti ſuperiores, in quibus evolvendis (quaſi omiſſa lege ipſa) omne ſtudium conſumſerunt ſuum: nemo nos mirabitur, de re veteri novo modo loquentes, idem argumentum explicare: quòd multas jam ætates ingenia noſtrorum valde vel fatigavit, vel exercuit. Quamvis autem ex toto à noſtrorum traditionibus diſcedere nos vetet judiciorum conſuetudo & perſuaſio illorum qui præſunt Tribunalibus, ac fora implent: quos multorum & annorum, & hominum aſſenſus idem ſemper probantium, ſe quaſi retexere, ac renovare non patitur: tamen jus civile publicè providentibus nobis, non quid aliis interpretando placuerit: ſed quis legum ſit ſenſus, tradendum eſt pro noſtra tenuitate: in qua re quos ſequamur pauciſſimos, quos fugiamus innumeros habemus. Cauſam itaque nullus habet, quòd miretur, quòd tracta-

tum ab aliis ſœpiſſimè locum, nos quoque (quos eruditionis, & ingenii noſtri profectò pœnitet noviſſimè interpretemur. Atqui ſi aliquid candidus Lector in his noſtris commentariolis inveniet, quod frugem facturum ſit, id non invidè recipiet: quod verò ſibi minimè probabitur, rejiciet, non carpendo clanculum, ſed aliter docendo, & ſcribendo: id quod nos nitimur, qui non tàm alios improbamus, quàm inveſtigamus fortaſſe verum, certè quidem quod veriſimile eſſe videatur.

2 Omnium ſanè, qui munus hoc docendi ſubeunt, idem ſtudium eſſe debet, ut benè ſcilicet proficiat juventus juri civili operam dans.

3 Ad quam inſtituendam, feriarum publicarum tempore, ut in officio retineatur, propoſuimus quàm breviſſimè explicare, quid de mora ſentiamus, cùm per ſe utiliſſima cognitu, tùm antiquiſſima: nempè cum ipſa malitia, ac perfidia hominum nata: & præterea tàm latè patente, ut omnes obligationes perſequatur, & per

omnes

omnes partes quasi corporis civilis effundatur, & erret. Hinc igitur initio facto, antequam aggrediamur ad ea, quæ rem continent, primùm omnium videndum est, quid in nostris libris significet verbum Mora, quantum attinet ad præsens negotium.

4 Alioqui mora erit, ubicunque aliquid tardius fiet etiam extra causam nostram, *l. etiam* 15. ff. *ut leg. nom. cav. l. cum postulassem* 44. ff. *de dam. infect.* Hûc pertinet titulus, *si quis jus dic. non obtemp.* & res infinita, atque incerta est. Nos verò de ea duntaxat mora agimus, quæ sine petitione esse non potest, *l. si pupillus* 127. *in fine de verbor. obligat. l. nulla* 88. *de regulis juris, ubi Dec.* Itaque & officium judicis, & similia, à causa nostra excludenda sunt, ut admonuisse vos memini *in l. si ex legati causa* 23. ff. *de verb. oblig.* Morari itaque est, cum vel qui petit, vel unde petitur differre & producere, & per se stare, quominus aut detur aut tradatur, aut fiat quòd dandum, tradendum, faciendum est: moraque est dilatio, atq; pro-

ductio talis. Prioris, (*a*) hoc eſt verbi, exempla ſunt innumera, *l. poſtquam 5. §. Imperator, 1. ff. ut leg. nom. cav. l. ſi ſervum. 91. §. ſervitus. ff. de verb. obli. l. ſi eas, C. de iis qui accuſ. non poſſ. cum ſimilib. inventu facilimis.* Frequentius tamen in noſtris libris Mora fieri dicitur, in genere tamen certo, ut poſt paulò patebit, *l. cum res 47. ff. de leg. j. l. ſi quis ſolutioni 24. l. mora 32. ff. de uſuris.* Moræ tàm ſparſa eſt, & tàm omnibus obvia mentio paſſim, ut exemplis res non egeat: ſuppeditabuntur abundè ab iis, circa quas verſabimur in hoc tractatu, legibus. Planiſſimam facit hanc ſignificationem moræ *l. ſciendum, in princ. ff. de uſur.*

5 Unde primò ſequitur, ut ubi actio eſt, poſſit eſse mora utrinque: cùm enim non poſſit debitor, quia daturus eſt, explicare factum dandi ſine facto creditoris, neceſſariò cogimur fateri, utrinque moram eſſe poſse, tàm puta venditoris, qui daturus vinum eſt, quàm emptoris, qui eſt acceptu-

rus

(*a*) In hac priori ſignificatione, mora plerumq; committitur circa actus in judicio, & non eſt hujus loci.

rus, *l. illud*, 17. *ff. de peric. & com. rei vend. l. hominem certum* 37. *in fin. ff. mand. l. si mora* 9. *ff. sol, matri. l. qui decem* 72. *§. si cum mihi, ff. de solut. cum sexcentis id genus.* Hinc etiam ducitur: furem, & raptorem semper esse in mora, *l. in re furtiva* 8. *l. ult. ff. de condict. furt.* Nam cùm contrectare, aut retinere rem alienam non debeat, non potest esse ejus in restituendo dilatio, cujus perpetua culpa fuit in contrectando, ac retinendo. Eadem ratio est eorum, quæ vi auferunt, *l.* 1. *§. rectissimè ff. de vi & vi arm.*

Hinc etiam ducitur, eum qui debitum servum occiderit, aut perdiderit, in mora esse facto ipso, *l. si ex legati causa*, 23. *ff. de verbor. obl. l. mora*, 88. *in fin. ff. eod.* & hæc tàm propriè mora est, quàm quæ furto mora commissa est, quamvis aliter senserit *Ias. in* 4. *not. in d. l. mora. de verb. oblig.* 7

Dubitatum verò fuit à veteribus, an mora rectè definiretur, vulgò est negatum, propter *l. mor.* 32. ff. *de usur.* Quidã aliter senserunt, in quibus est *Fulg. duce Arena*: crediderunt enim *l. mora.* loqui de constitutione, non de essentia; hanc difficilem esse 8

exísti-

existimaverunt, definitionem facilem.

Quam verò id rectè crediderint, ostendit doctissimorum hominum in definienda mora dissenssio: nunquam enim quicquam certi constitutum est. Sanè *d. l. mora*, non quærit, quid mora sit: sed quando fieri intelligatur, ut ibi demonstrant legis verba panissimè, & infrà declarabitur. Veruntamen si omnis vis moræ in constitutione illius est, neque aliter mora intelligi potest, quomodo rectè definietur quod latet, quod facti est, quod arbitrio alieno pendet? Sed ne curiosis non aliqua ex parte satisfiat, referendæ sunt paucissimis, tùm veterum, tùm recentium definitiones: hoc est, Accursii, similiumque: nam de fece non est hauriendum.

9 Odoffredus dixit: moram esse dilationem solutionis sine causa factam, ab adulto debitore, sciente se debitorem, aut scire debente, post interpellationem judicialem, vel extrajudicialem, congruo loco, temporeve factam. Mala est definitio, quæ non evolvit omnia, quæ sub nomine defi-

definito involuta sunt, *vulg. Dd. in in l.* 1. ff. *de dol.* Vitium regula patitur per exceptiones, definitio nunquam; mora est creditoris, ut modò ostendimus, ea verò hîc definita non est. Item qui occidit servum debitum, in mora est, neque tamen id post interpellationem fit: sunt enim hæc tanquam duo membra moræ, interpellari, & occidere, *dict. l.* 23. ff. *si ex legati causa.*

Andreas vitium vitavit unum definitio- 10
nis, addidit enim, debitoris, aut creditoris: sed incidit in alias reprehensiones, in quas etiam incurrit Oldradus, qui idem sensit ac superiores, præter id, quod exemplo nullo genus esse voluit non dilationem, sed contumaciam. Accursius *in l. mora*: secutus Azo. definivit longissimè. Sed improbârunt eam definitionem Odoff. & Arena: quia in definiendo tractanda est essentia rei, nõ ponendi modi, atq; figuræ ejus: veluti: pactũ fit tacitè, data cautione: fit etiam nominatim, verbis expressis; hos modos in definitionem nõ inclusit Jurisconsultus *in l.* 1. ff.

de

de pactis. in l. pactum. de pollicit. dum dicit: *Pactum est &c.* similiter in stipulatione interrogari oportet, & responderi congruè: illud præcedere, hoc subsequi necesse est, *l. mora* 1. *ff. de verb. obl.* nihil tamẽ horum includere in definitionem, *l.* 5. *§. stipulatio* 1. *eod.* Præterea sunt aliæ moræ, ut supra ostendimus, in quibus neque contestatio litis est necessaria, neque denunciatio, neque latens dies; quamobrem multa involvuntur nomine moræ, quæ non evolvuntur explicatione Accursii; Rectius itaque fecissent nostri, si sustinuissent personam suam, hoc est, Interpretum, contenti intelligentia verbi, cujus definitio non de nihilo omissa fuit à Jurisconsulto. (*b*) Mora

(*b*) Mora tamen abstractivè sumpta non incommodè describitur, quod sit frustratoria solutionis faciendæ aut recipiendæ dilatio, quæ facit. ut res debita sit periculo ejus qui moram commisit. vid. Jul. à Beima *tract. sing. de Mora th.* 1. Hic enim videntur esse suppleta quæ in veterum JCtorum definitionibus Autori desiderantur: Quatenus autem facta intelligatur, & hoc modo culpa commissa sit, neque constitutione ulla, nec juris Autorum quæstione decidi potest, sed judicis arbitrio examinanda relinquitur, *l. mora* 32. *ff. de usur.*

Mora verò dupliciter contingit, aut faciendo, aut dando, vel tradendo. De mora dandi & tradendi prius agamus. 11

In totum autem tria videnda ſunt: *Primum*, quomodò fiat, conſtituatur, exoriatur mora: nam neque omnis mora fit, neque omnis exoritur. *Secundo*, indagabimus fructus, vim & effectus moræ. *Noviſſimè* emendationem illius. Quantum ad primum, melius erit fortaſse (ut ille ait) non inſiſtere alienis veſtigiis: ſed, ut in re dubia fit, inquirere atque inveſtigare, quo quidque modo dicatur. 12

Sciendum itaque eſt, moram dupliciter conſiderari: *aut* enim cohæret alteri, *aut* fit propter ſe. (*c*) Quæ propter aliud mora naſci- 13

(*c*) Autor cum dividit moram in exorientem & eam quæ fit; per illam nihil aliud intelligit quàm moram, quæ in eodem inſtanti cum facto illicito naſcitur, & ex dolo originem trahit, per hanc verò illam quæ interpellatione fit; putat autem ſolâ ac unicâ interpellatione moram non conſtitui, in quo tamen à Maul. *in Theſauro Theor. pract. tr. de Mutuo tit.* 9. *n.*9. & à Menoch. *de A. I. Q. lib.* 2. *caſ.* 220. *n.* 32. refellitur, ubi Menoch. *d. caſ. n.*47. moram ex unius diei lapſu fieri docet, licet enim inſtantia in *d. l.*

naſcitur, exoritur de repente, intervallum nullũ habet, puncto temporis fit: ut ecce, qui occidit hominem immerentem, etiam ſi cre-

mora 32. de uſur. pro aſſidua flagitatione accipiatur, non ſignificat tamen aſſiduam interpellationem quæ communiter teſtatò fit.

A modernis mora ſimpliciter diſtinguitur in eam quæ eſt ex perſona, vel ex re ipſa: *Illa* interpellaione hominis opportuno loco & tempore facta oritur: *Hæc* verò (aliàs in re, in rem, vel ex re dicta) immediatè ex legis diſpoſitione provenit, quibus verò caſibus vide Hahn. *ad Weſemb. tit. de uſur. n.* 3. communem moræ regularis vel irregularis diviſionẽ reprobantem. Cum ſufficiat unica interpellatio ad conſtituendam moram per Maul. & Menoch. *c. l.* id tamen intelligi debet, ut aliquod tempus, ſive modicum intervallum humanitatis cauſâ non minus decem dierum debitori detur ad ſolvendũ *l. quod dicimus* 105. *&* *l. ratum ff. de ſolut. l. promiſſor* 21. *§.* 1. *de conſt. pecun.* Enimverò cum ante interpellationem debitor tempus ſolutionis neſcivit, ſe extempore ad ſolvendũ accingere nequit, nec ſtatim cum ſacco creditorem adire debet *d. l. quod dicimus* 105. *de ſolut. Schneidevvin. ad inſt. de V. O. n.* 4. *Philip. in uſu pract. inſt. l.* 3. *Ecl.* 46. ubi demonſtrat has voces, *ſtatim, illicò, confeſtim* ex ſua natura modicum intervallum importare: Aliter autem hoc obtinet in interpellatione, quæ fit poſt lapſum diei, in qua nullum temporis ſpatium

ſi creditorem non cogitavit, facinus fecit, quo perfecto, ſtatim mora exivit. Idem eſt in fure, & in raptore per vim ſimilibusque ſpeciebus: tota enim de repente mora ſtatim naſcitur. Sed ſi per ſe ſola mora proditura eſt, quando ſcilicet debitoris aut facinus aut culpa nulla eſt, ſenſim, atque paulatim mora fit, neque ſtatim, ubi poſtulavit creditor à debitore ut ſibi ſolveret, ſola interpellatione nata eſt, ſed intervallum temporis ſequi neceſſe eſt, unde paulatim mora fit. Hinc eſt ut JCtus *in d.l.in re furtiva* 8. *& in l.fin.* ff. *de condict. furt.* dixerit, videri facere moram furem, & raptorem: alibi in *l.* 1.*§.rectiſſimè*34.*de vi & vi armat.* non enim fit ſed ſtatim exoritur. Alia verò fit: ut *in l.mora* 32. ff. *de uſur.* Quando autẽ mora prior non per ſe naſcitur, ſed propter factum, hoc etiam proprium habet, ut intelligere non ſit neceſſe, debitorem teneri ad rem dandam, *l.ſi ſervum* 91.*in fin.princ.*ff.*de verb.oblig.* quod tamen eſt neceſse in mora, quæ fit, *l. quod te* 5.ff.*de reb.cred.*

Ex-

ulterius conceditur, debitor enim diem præſcriptum prævidere poteſt imò debet. *add. hic Beima d. t. de mora n.* 9.

14 Exclusa igitur alia, quæ exoritur, ea quæ fit ferè non est ex re, sed ex persona, hoc est, interpellatione est opus: & propterea egregia gloss. *in l. in minorum, ex verb. moran C. in quibus caus. in int. rest. non est necess.* dixit eam esse vitium debitoris. Superior quidem vitium debitoris habet in facto, non in mora: & hanc communem nostri rectè appellaverunt. Non est tamen perpetuum, quod de interpellatione dictum est, excipiuntur enim quidam casus partim à lege, partim ab interpretatione prudentum.

15 A lege tres casus habemus: primus est quando non extat qui interpelletur: ita disertè dicit *l. sed & si 23. in fin.* ff. *de usur. l. si fundus, 4. in fin.* ff. *de lege commis.* Adjuvatur à *l. si vehenda 10. §. idem juris* ff. *ad leg. Rhod. de jactu*, à *l. Celsus, §. 1. de arb.* à *l. 2. §. si quis judicio* ff. *si quis caut. in jud.*

16 Secundus casus est singularis propter libertatem fideicommissariam, *l. cùm verò 26. §. apparet.* ff. *de fideicom. libert.*

17 Tertius à lege casus est, ubi de minorum causa agitur, neque in perpetuò, sed in judici-

cii

ciis bonæ fidei, in legatis, & fideicommissis: exemplum est *in l. 3. §. 1. ff. de alimen. leg.* ex illis verb. *utpote, re ipsa mora subsecuta.*

Propter similitudinem quæ recipitur vulgò de minore, & Ecclesia, idem in Ecclesia dicendum est: *glos. ex verb. judicium §. item mixta. de act.* sequuntur omnes, ut per Rom, *in d. l. si ex legati*: ut per Jas. *in d. §. item mixta.* In quo unum est animadvertendum, quòd cum nulla lege hoc caveatur, sed recipiatur propter similitudinem, non sit autem generale in moribus, non erit similiter generale in Ecclesia. Quamobrem si judicium stricti juris fuerit, requirente mora interpellationem in minore, nec essaria pariter erit in Ecclesia. In fisco idem dicendum est, cùm propter eandem similitudinem, de qua *in l. respublica 4. C. ex quibus causi major.* tùm etiam per sensum legis à posteriori: nam si fisco debentur usuræ in fornicariis, *l. cùm quidam 17. §. fiscus ff. de usur.* Usuræ autem effectus moræ credentur esse, ut videbitis, in quo concurrit cum minore, à posteriore persuadetur, interpellationem in fisco non esse necessariam: & ideo

locationem intelligimus ibi fuisse factam de tabernis fiscalibus, quæ sub fornicibus sunt (idcirco fortasse dictas fornicarias) ita notat *Ang. in dict. §. fiscus.* Addidere totidem casus superioribus casibus Interpretes. (*d*)

18 Primus est de juramento: ubi enim illud accessit obligationi, putant, interpellationem minimè esse necessariã: ita omnes *in cap. brevi, de jurejuran.* Fel. *in cap. licet, de simon.* ubi omnes citat. Cumulat etiam omnes Dec. *in dicta l. quod te 5. ff. de reb. cred.*

Comprobatur hoc, quia juramentum vim habet contestationis litis, quam ignorat nemo, multò esse potentiorem, quàm interpellationem, *l. nam postea, 9. §. si is qui. 3. ff. de jurejurand.* Non obstat hoc de contestatione: quia vis ea est juramenti delati in judicio; nos autem agimus de juramento aut obligante: aut confirmante, inter quæ, ut neminem fugit, causa diversa est, & sepa-

(*d*) Hagen *in tract. de usu usur. cap. 9. num. 61. seqq.* decem recenset casus; permultos quoque Busius *Comm. in ff. ad l. 32. de usur.* Menoch. *A. I. Q. lib. 2. cap. 3. cas. 220. n. 8. seqq.*

ſeparata. Quinimò *c. brevi* & in [illegible], &in ſponſione utitur verbo requiſitis, quod interpellationis eſt. (*e*) Somniũ autem eſt, putare, qûod quidã crediderunt, promiſſionẽ fuiſſe factã, ſi requiſitus eſſet. Itaq; ſi ſequenda hęc nobis opinio eſt, veterum reverentia id eſt faciendũ, non autem ratione, aut lege: ita tamen, ut dixi, habet communis conſenſus, niſi errorem malitis dicere.

Alter caſus excogitatus eſt à noſtris, 19
quando quis defendere promiſit aliquem: tunc enim neque admonitione, neq; nuncio opus eſt: id volunt verba *§. ad hæc c.* 1. hîc finitur lex Fœder. in uſib. feud. tradidere Interpretes juris canonici in *dicto c. brevi*, *in c. de forma*, 22. *quæſt.* 5.

Hoc à pleriſque non recipitur, eſt enim ſingulare in forma fidelitatis, & in defenſione

(*e*) Cum Autore facit Schotan. *in Exam. jurid. ad tit. de uſur.* dum inquit: ſtatuendum potiùs quod juramentum naturam ſui contractus, cui adjunctum eſt, ſequatur *per l. ult. C. de non num. pecun.* Aliud quidem dicendum videtur ſi debitor juraverit ſe ultrò nec interpellatum ſoluturum. Buſius *d. comm. in ff. ad l.* 32. *de uſur*,

ſione promiſſa domino : receptum verò eſt, conſuetudines feudorum eſſe ſingulares, minimeque tradendas ad conſequentias : dixit Bart, *in l, ut jurisjurandi* 7. ff. *de oper. lib.* ſecuti paſſim ſunt omnes.

20 Tertius caſus eſt, quando quis promiſit ſe facturum curaturum : ita Bald. *in dicto* §. *ad hæc, in ult. not,* Sed rejicitur ferè à noſtris : tùm quia nullibi proditum eſt, eam vim eſſe in facto, ut mora in eo conſtituatur ex re, contra regulam dictę *l. mora* : tùm etiam, quia qui promiſit judicio ſiſti, promiſit ſe facturum curatorum, *l. quoties quis alium,* 81. ff. *de verb. oblig.* ubi tamen interpellatio neceſſaria eſſe creditur. Deſcitum itaque crebrius eſt à Pald. quamobrem ex tribus noſtrorum traditionibus una ſola nititur auctoritate, & conſenſu communi.

21 Quando autem obligationum plures cauſæ ſunt, *l. obligationum ferè,* 44. ff. *de oblig. & act.* inter quas eſt dies, & conditio : in his duabus quæritur, an interpellatio ſit neceſſaria. Vulgò eſt proditum, ut per omnes *in l. vinum,* 22. ff. *de reb. cred. in l. quoties, in diem, de verb. oblig.* ubi latè Alexand. diem certum in-

interpellare pro homine. De die autem intelligitur, non qui multiplicat actionem, sed qui ad solvendum datus est post obligationem natam: institutum nostri dicunt (ut scitis) miserationis causa, *l. quod in diem, ff. de solut.* Probatur conclusio *in d. l. magnam, C. de contrah. & commit. stipul. in l. ad diem ff. de verb. oblig. in d. l. vinum*, ibi: *si dictum esset quo tempore redderetur*: idq; habet locum etiam secundum nostros, die adjecto à lege, *l. 2. C. de jur emphyt. c. potuit loc.* Vulgò itaque creditur, diem interpellare pro homine, *l. magnam C. de con. & com. stip. l. ad diem, ff. de verb. oblig.* ubi pœna debetur, præterita die: idque videtur esse verum in die etiam quæ inest à natura rei, *l. interdum* 73. *l. si insulam,* 84. *ff. de verb. oblig.* Idemque creditur in die ab homine apposita, & in die adjecta à lege, *c. potuit. loc. l. 2. de jure emphyt. C. l. vinum, ff. de R. C.* ibi: *Si dictum esset quo tempore redderetur, ubi novissimi in not.* Nutare tamen duo fecere illos, ratio, & gloss. Ratio est: quia cùm dies adjecta sit favore promissoris, *l. quod in diem ff. de solut. §. omnes Instit. de verbor. oblig. l. cùm tempus* 17. *ff. de regul. juris*, si sola die

mora fieret, favor hic in odium converteretur, contra vulgarem regulam *l. quod favore, 6. C. de leg.* & ex eadem re quasi contrarii effectus sequerentur: contra *l. legata inutiliter*, 14. ff. *de adimend. legat. & de legat. primo.* Creditur hæc ratio malè concludere: nam intervallum temporis cedit illius commodo, quod commodum gravamen recipit alterius incommodi, *l. secundum naturam* 10. ff. *de regulis juris*, *l. eum qui* ff. *de jurejurand.* Replicari potest, par esse ut compensetur commodum cum incommodo, si modò id lege proditum sit: non enim semper, ubi quis incommodatur aliqua in re, statim fingere debemus aliquod incommodum sine lege: & passim utuntur nostri regula *l. eum qui*, in reddenda ratione duorum à lege propositorum. Dubitare etiam fecit nostros *gl, in c. quoniam*, *§. porrò. ex verb. canonibus*, *ut lite non contest.* quæ in valde simili specie voluit, sacerdotem qui habuit facultatem, abeundi ab Ecclesia ad certum diem, nisi intra diem redierit, posse privari benefi-

neficio ab Episcopo , absque ulla citatione. Optimam dant nostri solutionem; dicunt enim glossam esse falsam: ita omnes *in d. l. si ex legati causa*. Sed ut rectè & acutè animadvertit Dec. *in d. l. vinum*, qui dedit Episcopus facultatem abeundi peregrè clerico ad diem certam, nihil minus cogitavit, quàm privationem beneficii : dilatio autem solutionis, & dies ipsa dicta est nulla alia de causa, nisi ut vel intra diem, vel ipsa die solvat. Quamobrem interpellatio videtur ab initio fuisse cogitata.

Cæterum mihi nuquam hæc placuit 22 Italorum sententia, qui discesserunt à vestratibus: crediderunt enim veteres Galli, etiam in obligatione facta ad diem, necessariam esse interpellationem. Responderunt autem contrariis, pœnam deberi à consensu, non autem à mora. Ejus rei esse illud argumento quòd nunquam pœna sine consensu à mora debetur. Illos duo adjuvant: unum est, quia Jurisconsultus *in l. mora*, in loco principe constituendæ moræ dixit, moram fieri ex persona: idem *in dicta l. in minorum, in l. 3. in princ. ff. de adim. leg.* dixit

in re minorum ex re fieri: nuſquam verò prodidit, ex tempore moram fieri. Alterum eſt textus *in l. trajectitiæ, 23. §. de illo, ff. de oblig. & act.* ubi quamvis obligatio diem habeat: tamen mora fit per interpellationem: ibi: *Si interpellatus moram ipſe fecerit.* Ex quo videtur hoc fieri planiſſimum niſi calumniemur: cùm enim *in eo. §.* ſit obligatio ad diem, ac per interpellationem moram faciat debitor, neceſſarium eſt, à die non fieri moram. (†)

23 Idem quoque eſt in conditione, nam ex eventu conditionis mora non fit ſine inter-

(†) Doctores communiter hic in contrarium diſcedunt, inter quos Buſius *ad dict. loc.* 32. refutando Ferrettum & quidem *per l. cum notiſſimi. §. fin. C. de præſcript.* 30. *ann.* illum convictum eſſe oſtendit. *add.* Beima *dict. tract. de mora th.* 5. *pag. mih.* 469. *& th.* 9. *per tot.* Dies enim interpellat pro homine, ſive tempus illud menſis ſit, ſive dies unus, ſive una hora, & ſive ab homine per conventionem adjectus ſive per legem, idque ſive expreſsè adjectus ſit, ſive ex natura rei vel conventionis de qua agitur tacitè inſit, potuit enim debitor prævidere diei adventum & ſatisfactione vel ſolutione ſibi conſulere Wameſ. *cent.* 4. *conſ.* 95. *n.* 28.

terpellatione : in quo omnes noſtri conſentiunt. (*f*)

An autem interpellatio extrajudicialis ſufficiat, & an petitio apud Judicem interpellet, dixi *in dicta l. ſi ex legati.* (*g*) 24

Illud autem animadvertite, unum eſſe caſum, in quo noſtri volunt, non poſſe aliter, quàm per judicem interpellationem fieri, quando ſcilicet decreto eſt opus in ſolvendo, *l. lex quæ. C. de adminiſt.* ita ſenſit Johan. Andre. *in c. conſtitutus,* 10. *de reſtit. in integrum.* Referunt repetentes *l. ſi ex legati cauſa:* extant de ea re plura Ruyni reſponſa, quæ facilè inveniet de ea re admonitus. 25

Remiſſam etiam non eſſe oportet debiti inſtantiam: quod gloſ. optimè interpretatur 26

(*f*) : Moderni quoque Buſius *ſupra alleg. loc. Arum. de mora* 5. 17. *Strauch. Diſſert. theor. pract.* 18. *th.* 24.

(*g*) Sufficit ſaltem unica opportuno loco & tempore facta interpellatio ſive judicialis ſive extrajudicialis. Perez. *in Cod. tit. de uſur. n.* 26. & 27. *Struv. exerc.* 27. *th.* 67. *Jul. Beima d. tr. de Mora th.* 7. *Gail. de arreſt. imp. c.* 13. *n.* 3. *Maul. Theſaur. theor. pr. tractat. de mutuo tit.* 9. *n.* 9.

tatur *in d. l. mora,* si dilatio non fuerit data à creditore. Quod enim dicitur *in l. Titia Sejo 87. §. usuras, ff. de legat. 2. in l. semel mora, ff. sol. matr.* semel scilicet moram factam, non est referendum ad solam interpellationem quæ initium moræ est, sed ad omnia ea momenta, ex quibus moram fieri suprá diximus, ut mora sit semel facta, cui prorsus nihil deest: (*h*) sicut semel impleta est conditio, non quæ incepta est, sed quæ consummata est, *l. si ita fuerit servis 13. in princ. ff. de manu test.* non enim sola interpellatione mora fit. Unde est, ut eleganter moram appellaverit Jurisconsultus frustrationem *in l. hominem certum, 37. in fin. ff. mandat. in l. 3. in fin. ff. de usur.* quæ frustratio non est in efflagitatione, sed in negligentia post efflagitationem.

Atque

(*h*) Unica quidem sufficit interpellatio (ut monitum *supra n. 13.*) testatò facta, sed ut creditor in ea persistat assiduâ efflagitatione *per d. l. moram ab Aut. alleg.* de qua *vid.* Perez. & Struv. *suprà n. 24. alleg. cit. loc.* debitor enim moram non facit cui remissa est debiti solvendi instantia. Zang. *de except. part. 3. cap. 25, n. 62.*

Atque hæc locum habent in mora debitoris. Quando autem mora utrinque eſt, videndum eſt, quomodo conſtituatur mora creditoris.

27 Gl. eſt magiſtra, cui ſunt aſſenſiones, *in l. ſi mora 9. ex eo verbo, ſol. matrim.* quæ diſtinguit obligationem habentem diem aut tacitam aut expreſſam: quo caſu, putat oblationem eſse neceſſariam, *l. ſi per te, C. de uſur.* ab obligatione, quæ pura eſt à die, quæ, ſecundum eam, oblationem non exigit, *l. ratio. §. mora, de act. empt. & vend. Gloſſ. itaque in d. l. ſi mora 9. ff. ſol. matr.* vult die adjecta, per oblationem † conſtitui creditorem in mora; *l. ſi per te, C. de uſur.* non enim potuit non accipere, cui nihil oblatum eſt: offerre autem exhibere eſt: ſin autem nulla ſit dies dicta, oblatione gloſſ. putat non eſse opus, *l. ratio 3. §. mora ff. de act. empt.* loquitur in debitore: tam enim eſt debitor reſpectu precii emptor, quàm venditor reſpectu rei.

Purius itaque videtur, ut oblatio ſit ſemper neceſſaria, ſi velimus in mora ponere creditorem: non enim ille in mora eſt, niſi

ſi non

† Quid aliàs operetur ſola oblatio, *vid.* Perez. *ad C. de uſur. n. 33. conf. quoque infr. annot. ad n. 50.*

ſi non accepit : non accipere autem non poteſt, ſi non offertur (*i*) probat id text. *in d.l.ſi mora, & in dicta l.illud.* ex illis verbis: Quid enim ſi interpellavero venditorem & non dederit id, quod emeram: deinde, poſtea offerente illo, ego non acceperim? Eadem forma utitur Juriſconſultus *in l. ſed & ſi* 4. ff. *de conſtit. pecun. in l. ſi fundus,* 4. ff. *de lege commiſſ.*

28 Noſtri tamen in ea re ita diſtinguunt, ut ſi ſit res mobilis, coram offerenda ſit, neq; ſufficiat (puta) pecuniam in folle offerre, ſed neceſſe ſit numerare : idemque de cæteris quæ mobilia ſunt ſecundum genus ſuum

(*i*) Aliquando creditores injuſtè differunt oblatum debitum recipere, atque ſic tarditate ſua debitoribus damnum afferunt. Jul. Beim. *dict. tract. de mora th.* 2. dicitur autem *injuſtè*, etenim quandoque creditor rectè differre poteſt. *verb. gratiâ*: quando offertur ipſi moneta, cujus æſtimationem ac valorem à Magiſtratu poſtridiè imminutam fore compertus eſt: De aliis juſtis differendi cauſis *add.* Beim. *in tractat. de uſur. & fruct. ad leg.* 7. *paginâ mihi* 254.

um. In immobilibus verò satis esse putant, si quis profiteatur se paratum solvere. Hæc lege carent : allegant enim duas leges, quæ non probant, scilicet *l. fundus* 9. *ff. de rescind. vend. l. Prætor* 20. *§. si paratus*, 5. *ff. de nov. oper. nunc.* Itaque utuntur verbo in argumentum : quo solent uti, cùm malè probat lex. Æquissima tamen distinctio est, & recepta à communi consensu, à quo hîc causa nulla est cur discedatur : omnes cumulantur *in l. si mora*, 9. ff. *solut. matrim.* & præcipuè adduntur multa consilia in additionibus ad Castrensem.

Verùm si ita constituitur mora, quam rectè dixit Jurisconsultus *in d. l. mora*, 32. ff. *de usur.* apud Judicem examinari : definiri non posse nulla constitutione, aut quæstione juris auctorum tradi posse : facti esse potius, quàm juris. Dicite ergò quæstionem nostrorum versari non in constitutione (id enim fieri posse negat lex) sed initio ; inchoatur enim ab interpellatione, moraq; fit, quæ paulatim nascitur: quæ momenta habet. Et idcirco, ut dixi, non 29

appel-

appellavit moram interpellationem Jurisconsultus, sed frustrationem: nam interpellationi conjunctus est temporis lapsus, & ejus rei probatio facta (*k*) coram judice, unde frustratio nata est, id enim est, quod dicitur *in d.l.mora,* apud judicem examinabitur, & *in d. l. si per te* judici probaveris: hæc omnia frustrationem, moramque conficiunt.

Igitur de initio, non de mora par est inquisivisse nostros. Hæc autem omnia dilucidiora ex sequentibus evadent. Videamus itaque qui sint effectus moræ.

30 Primus offert se effectus utilitas æstimata, vel æstimanda, sed non simpliciter: ea enim hîc duntaxat consideratur, quæ circa rem est regulariter [interesse vulgò appellatur circa rem] de quo *in l. si sterilis,* 21. *§. cùm per venditorem,* 3. *ff. de act. empt. in l. ult. ff. de peric. & comm. rei vend.* diximus in *l. unic. C. de sent. quæ pro eo quod inter.* Hoc

(*k*) Cum mora vel culpa tanquam res facti non præsumatur. Wesenb. *in cons.* 12. *n.* 65. idcirco judici de illa commissa fides facienda; quomodo autem probetur vid. Gilh. *A. J. Civ: cap. 6. p. 1. §.* 324. *ubi Mascard. de probat. alleg. add. Cothm. vol.* 1. *R.* 43. *n.* 129.

Hoc quidem à mora naſcitur, & inter omnes conſtat, æſtimationem hujusmodi fieri, ſi dies adjecta ſit, ſecundum diem appoſitam contractui; alioquin in bonæ fidei judiciis, condemnationis tempus inſpici: in ſtricti juris actionibus, litis conteſtatæ, *l. 3. §. in hac, ff. commod.* id quod tamen alterius eſt propoſiti, ad ſuumque rejiciendi locum, *vulg. l. vinum ff. de reb. cred.* Circa quam *l. vinum* veteres, noviq; valde ſe torquent. (*l.*)

Non pauci, neque minimæ auctoritatis 31
exiſtimaverunt, verbum petitũ (*m*) demonſtrare interpellationẽ extrajudicialem, quia Sabi-

(*l*) De Differentia moræ, quæ per lapſum die & ejus, quæ per interpellationem ſive judicialẽ ſive extrajudicialem contrahitur in eunda rei debitę æſtimatione eleganter diſq. Anton. Faber *conject. l. 16. c. 6. per tot.*

(*m*) Hoc verbum de petitione judiciali quoq; intelligi vult Perez. *ad Cod. de uſur. n.* 28. id tamen reſtringendo ad contractus ſtricti juris, in illis autem quæ bonæ fidei ſunt, ſufficere interpellationem extrajudicialem, cujus rei differentiam ibidem annectit. Indiſtinctè tamen ſufficere interpellationem extrajudicialem ſtatuit Cothm. *vol. 2. conſ.* 52. *n.* 276. ubi hanc ſententiam dicit veriorem, crebriorem & rectiorem eſſe.

Sabinus respondit quid statuendum sit, & quando sit, quando dies dicta fuit solutioni,& quando non; sicut autem dies, qui fictæ interpellationis est, judicium non exigit; ita etiam petitio extra judicium accipienda sit, quæ vera est interpellatio: potentius enim operatur veritas quàm fictio, non è contra, *l. filio quem pater 23. ff. de lib. & posthum.* Principiò quis illis concedat diem operari fictam interpellationem? Sicut enim quando interpellatus est aliquis die,& loco incongruo, si modò interpellationem retulerit ad locum,diemque congruum interpellatio utilis est. *reg. vulg. l. in tempus; 62. ff. de hæred. inst.* ita qui diem adjecit solutionis faciendæ,tunc quidem interpellavit, ad diem certam se referens; & hoc est quod dicitur,dies pro homine interpellat. Præterea cùm in dubitatione Jurisconsultus *in d. l. vinum.* meminerit litis contestatæ,verisimile est, petitum referri ad litem contestatam; *l. ult. ff. de vino leg.* Item petitum natura sua judiciis accepti est, judicia stricti juris contestationem respiciunt, *l. amplius non petirem rat. hab. d. l. 3. §. in hac, ff. commod.*

Quæ

Quæ eſt igitur cauſa, cur diſcedendo à regula communi,& à vi, proprietateq; verbì, petitum aliter accipiamus, quàm res ipſa,& quàm vis verbi velit? Item *in l.ult. de tritic.*verbum petitum litis conteſtationem ſignificat in pari cauſa: hîc ergò ſimiliter idem dicendum eſt, & ita rectè videtur ſenſiſſe ibi; Decius. Atque hic primus eſt moræ effectus. Mementote ſemper, nos de obligationibus dandi, & tradendi ſolummodò agere.

Secundus effectus fructuum eſt: eorum duplex eſt cauſa, aut enim quæritur: an fructus debeantur per ſe ex natura actionis (*n*) an debeantur ex mora. Debentur ex natura actionis in rei vendicatione,ut *in l.fructus*,33. *cum duab. ſuquent.* ff. *de rei vindic.* tradunt latè noſtri *in l. indebiti.*15.ff. *de condict.indebiti in l.*1.*C.de uſur. & fruct.leg.* Debentur item ex actione in perſonam, ut *in l.cum fundus ubi omnes.*ff.*de reb.cred.* & hæc noſtra quæſtio non eſt. 32

(*n*) Quomodo & in quibus contractibus fructus jure actionis vel officio judicis veniant *vid.* Umm. *in Proc.D.*21.*n.*25.

In quo tamen animadvertertite obiter ad duas inter se valde pugnantes, & contrarias leges, scilicet *l. bonæ fidei* 48. *ff. de acquir. rer. dom. & l. fructus* 45. *ff. de usur.* Illa vult bonæ fidei possessorem fructus omnes facere suos, tàm quod diligentia & opera sua paravit, quàm eos, quos naturales dicimus: nam qui omnes dicit includere voluit omnis generis fructus. Duæ dantur solutiones: una est gloss. *in d. l. fructus* quæ valde Salyceto placet, ut lex bonæ fidei demonstraverit, per omnes fructus, non eorum qualitatem, sed quærentium, atque parantium qualitatem: ut sit sensus, non solùm facit fructus suos, quos ipse quæsivit, sed quos aliena opera paravit. Malè assuevit gl. bonis auctoribus: dixisset Jurisconsnon omnes fructus, quæ qualitas fructuum est: sed aut ab omnibus, aut omnium, aut paraverunt, aut aliquid aliud simile. Probabilius est, quamvis planè non satisfaciat, ut dicamus *in l. bonæ fidei*, fuisse bonæ fidei conjunctam justã causam: nam *in l. fructus*, quamvis per se causa justus sit titulus, tamẽ pendet vis ejus tituli; nam donatione nõ confirmata

firmata per mortem, evadit titulus injuſtus. Cæterum, hoc eſt, oſtendere differentiam ſpecierum, non reddere cauſam rerum. Neque puto inſolubilius eſſe aliud contrarium in Pandectis. (*o*) Veruntamen quando extra propoſitum moræ eſt, ad rem noſtram redeamus.

Ubi de fructibus egerimus, & de uſuris, intelligetis in quàm paucis ſpeciebus, fructus à mora naſcantur. Interim verò patimini excurrere cogitationes meas.

Gl. in d. l. mora, de uſur. quàm pleniſſimè 34
putat attigiſſe rem Bart. & veriſſimè, ad quam, veluti ducem, omnes ſe referunt, diſtinguit, regulã ponens, ut in contractibus bonæ fidei à mora fructus debeantur: vidit enim idem conſtitutum fuiſſe in uſuris, *ead. l. §. in bonæ fidei*: uſuras autem gl. ſciebat vicem habere fructuum, & à fructibus non eſſe ſeparandas, *l. uſuræ eod. tit.* Hac ratione hunc effectum, qui tertius gl. eſt, ſecundum nos fecimus: nam vix poteſt commodè intelligi exemplum,

C 2 niſi

(*o*) Expeditè tamen harum legum conciliationem abſolvit Struv. *in Syntag. Juriſpr. Exerc.* 11. *th.* 21.

niſi exemplar intelligamus: & ideo prius cognoſcenda eſt patria poteſtas, quæ eſt à natura, quàm ea, quæ eſt ab adoptione, quæ ſimilitudine naturæ habet. *§. minor* 4. *§. in plurimis* 8. *inſtit. de adopt.* Sic de hærede prius cognoſcendum eſt, quàm de bonorum poſſeſſore, aut fideicommiſſario, qui loco heredis ſunt. Sed alibi nos pedem ponamus quàm ubi veſtigium fecerunt Interpretes, Juriſconſultus itaque, quem nobis debemus proponere imitandum, agens de fructibus *in l. videamus*. 38. *lat.* 2. *de uſur. incipit.*

35 Videamus de actione in perſonam, quoniam ſi in rem agatur, bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, (*p*) quouſque res evicta fuerit,

(*p*) Loquitur hic Autor de fructibus in ſtricti juris actionibus in quibus ſequenti modo diſtinguendum; Aut quis perſequitur id quod ejus non fuit, *v. g.* ex ſtipulatu, & fructus non conſequitur, etiamſi mora facta ſit, poſt acceptum verò judicium etiam fructuum ratio habenda quia omnis cauſa reſtituenda eſt *l.* 38. *§.* 7. *ff. d uſur.* Aut repetit quis quod ſuum fuit, v. g. condictione indebiti, ſine cauſa &c. tum fructus ex tempore quo res ad alium tranſiit unà cum re ex natura negotii reſtituendi veniunt, quod tamen

fuerit, *l. qui scit. 25, §. bonæ fidei D, de usur.* id Imper. *in §. illorum. Instit. de offic. judic.* refert ad petitionem, quæ litis contestatio est. Quamobrem patet fructus fieri bonæ fidei possessoris, ex natura bonæ fidei, & in eo moram nihil operari. Sed si prædo sit (ita enim appellant leges malæ fidei possessorem) neque perceptos, neque percipiendos unquam facit suos, *l. fructus 33. cum duab. sequent. l. si navis 62. D. de rei vendic. d. §. illorum; adnotatur in d. l. qui scit, & in d. l. bonæ fidei D. de acquir. rer. dom.* Itaque intelligimus in actione in rem, moram de fructibus operari nihil, quia bonæ fidei possessor facit suos, prædo semper tenetur.

Justissimè igitur Jurisconf. *in d. l. videamus* investigat causas actionis in personam: in illis autem regulam facit, ubi restituendum est aliquid, fructus ex natura restitutionis venire, non ex mora; exempla sunt in condictione indebiti, in donatione causa mortis convalescente donatore: in Faviana &

C 3 Pau-

tamen secus in bonæ fidei negotiis, *vid.* Vinn. *in Comm. ad Inst. §. 28. de action. n. 4.* quamvis hoc posteriori casu fructus demum ex mora deberi existimat Minsing. *cent. 6. obs. 50. n. 9. adde infrà n. 44.*

Pauliana, hoc eſt, in alienatnte liberto in fraudem portionis debitæ patrono, vel debitore in fraudem creditorum; in interdicto unde vi: in actione quod vi metusve cauſa, ubi ſubjicit JC. hæc verba: Nec mora mea mihi quid aufert; nempe quia ſunt omnia à natura condictionis, non à mora. Unus caſus eſt, quæ prima ſpecies ejus legis eſt, quando agitur de poſterioribus fructibus, poſt moram in rem, renunciata affinitate. Animadvertendum autem eſt, finita hac cauſa, tranſire JC. ad alia quando non eſt reſtituendum, ſed petitur quod petitoris nunquam fuit: & deinde revertitur ad exempla regulamque ſuperiorem depoſiti ſcilicet, & commodati.

36 Quando verò petitur quod meum non fuit, reſpondet Juriſconſul. etiam ſi mora facta ſit, fructus non deberi: Sabino tamen auctore, ex æquitate poſt conteſtationem fructus eſſe præſtandos: exemplum verò ex ſtipulatu non coanguſtat regulã, quamvis eo ferè utatur lex, *ut in l. ſi homo ex ſtipulatu. 8. ff. de re judic.* ratio ejus rei redditur ab Ulpian. in *l. 2. ff. de uſur.* Quoniam (inquit) quale

quale quidque est cùm petitur, tale dari debet.

Idem itaque erit in legatis, & fideicommissis, *l.2.& ult.C.de usur.& fruct.leg.* In legatis & fideicommissis varietas legum multipliciter agit, & miscet omnia: nam duæ leges *l.equis* 39.*& l. equis* 8.*eod.tit.*ff. *de usur.* & *l.Paulus* 14.*in fin.* post moram dicunt deberi fructus: Idem probat *text.in l.*1. *§.bellissimè* ff.*ut leg. no. caveat.* Nostri cupientes omnibus satisfacere legibus dicunt, utroque tempore deberi fructus; id est mora, si mora facta fuerit: à judicio accepto si nulla mora sit. Si probavimus fieri per interpellationem judicialem moram in *l.si ex legati causa.* mala solutio hæc est. 37

Amplius dico nunc, jure Digestorum non posse iri ad judicem, quin prius commissa mora sit, hoc est, inchoata, nisi in casu legatorum, non simpliciter negatorum, sed legi subjectorum Falcidiæ, *text. est singularis in l,in fideicommiss.*3.ff.*de usur.*

Confunduntur autem hæc omnia: quia 38
l. Herennius 42. ff. *eod.* vult deberi fru-

ctus à die cedente fideicommissi, quod est post aditam hæreditatem. Eam legem nemo in hoc album vocat: veruntamen & maximè pugnax est, & valde difficilis. Consentire cum *l. Herennius* videtur inevitabilis text. *in l. quæsitum* 40. *in* 2. *themate, de acqui. rer. dom.* Si nostros sequendos esse judicaremus, nihil esset facilius, quàm extricare se ex una nassâ: communis opinio ita habet, ergò &c. Veruntamen id damno fit non legum, sed nostro. Expiscandæ sunt igitur solutiones, donec animus quiescat.

Duobus modis explicatus fuit à nostris locus hic. Vetustiores dixerunt, ut adnotatur in *d. l. ult. & in d. l. quæsitum.* distinguendum esse, an res aliena fuerit: & tunc fructus esse referendos ad acceptum judicium: & ita esse accipiendas omnes leges, quæ de litis contestatione loquuntur. Sin autem fuisset res testatoris, ab adita hæreditate fructus deberi: illud enim tempus est fideicommissi cedentis.

Hoc meritò rejicitur, quia *d. l. ult. C. de Vsuris.* semper se refert ad litis contestationem,

nem, sive agatur in rem, sive in personam: nemo verò ignorat, in rem agi non posse, nisi à domino: in rem autem agi tunc à legatario, quando testator dominus erat.

Quamobrem si utraque specie lis contestata initium dat fructibus constituendis, jure repræhenditur solutio hæc. Quinimò *d. l. quæsitum* loquitur etiam in re aliena, ex illis verb. *Multò magis*, &c. Posteriores omnes dixerunt, *l. ult.* loqui de fructibus percipiendis, *l. quæsitum*, & similes de perceptis. Primò hoc lex neque dicit, neque significat. Secundò tritissimum est, fructus percipiendos non deberi ab hærede, nisi ubi culpa intervenit ejus, *l. apud Iulianum, §. fructus, & ibi omnes, de leg.* 1. Tertiò hoc est contra *d. §. si actionem.*

Purissimè itaque, nisi fallor, solvere po- 39
testis, aliam esse rationem fructuum, quando præstandi sunt veluti fructus: aliam, quando præstandi sunt veluti causa. Veluti causa præstantur, quando tanquam domino dantur. Unde est, ut Jurisconsul. *in l. bonæ fidei. 48. ff. de acquir. rer. dom.* dixerit, possessorem bonæ fidei facere fructus suos: esse

esse enim veluti dominum. Quando verò sui fiunt, non tanquam à domino, retinentur non veluti causa, sed veluti fructus, propter culturam.

Hoc voluit *l. equis prior* (*sunt enim duæ cognomines*) *de usur.* hoc voluit *l. præterea ff. de rei vendic.* diximus nos quoque nonnihil *in l.unic. C. de sent quæ pro eo quod inter.* Itaque cùm Jurisconsul. *in d.l.quæsitum* dicat, possessorem non facere fructus suos, retulit se ad causam, non ad culturam. Quando autem veluti fructus debeantur alterius negotii illi erat.

Mon me prætereunt quæ dicuntur à nostris *in l. si filiusfamilias* 78. *§.cum fundum, ff.de verb.oblig.* ubi Doctores distinguunt, an fructus debeantur tanquam id, quod interest, vel tanquam fructus. Sed illud minimè est præsentis speculationis,

Summa igitur hæc est, fructus nihil habere commune cum mora (*q*) nisi posteriores

(*q*) Quanquam in legum antinomiis ea præferenda sententia quæ fortioribus suffulta rationibus, quæque crebriori calculo comprobata est, hactenus tamẽ latissimè per 6. §. communem sentiam quâ fructus effectus

res in casu *d.l. videamus. in princ.* & eos fructus qui sunt quadrimestris temporis, *in d,l. in fideicommiss.3.ff.de usur.* Itaque nescio unde nostri regulam fecerint, fructus esse effectum moræ in bona fidei judiciis.

Cæterum *in l.Herennius,*42.ff. *de usur.* nostri disputant de re prorsus aliena: quando scilicet acquiratur domi dominium legatario, quod ad alium locum pertinet. *In ea l.* int uendum est, de quo sæpissimè vos admonui in aliis legibus, qui sit ejus legis finis: non enim agitur ibi de mora, aut de petitione, sed posito eo, fructus deberi quæritur quomodo ineatur anni ratio: de quo illa lex est singulalaris: fructus enim nō debentur

fectus moræ habentur Autor diluere annisus est, quam tamen & novissimè omnes tuentur, nimirum in judiciis bonæ fidei deberi fructus à tempore moræ etiam ante acceptum judicium *per l. mora* 32.*§. in bonæ fidei & l.*38. 38. *ff. de usur.* Enimverò cum in *d.l.mora* disertè de usuris hoc modo cautū sit, ideoq; de fructibus idem dicendum, quoniam si ideò usuræ in b. f.contractibus ex mora præstantur, quod vicem fructuum præbeant secundum JCtum in *l.usuræ.*34. *de usur.* fructuum quoque eandem conditionem esse oportet, *per l.*3.*in prin. eod.* Vinn. *ad inst.§.*28.*n.*4

tur pro rata anni,ſed totus annus fideicommiſſario cedit, etiam quod initium anni non habeat diem debiti fideicommiſſi. Ita ergò anni ratio componenda eſt. Quando autem mora initium faciat fructuum petendorum, ex aliis legibus petendum eſt.

42 Tertius effectus eſt uſurarum, idque dubitationem non habet in bonæ fidei judiciis (r) *l. mora 32. §. in bonæ fidei. ff. de uſur.* Nu-

(r) In ſtricti juris verò judiciis contrahitur primum morà poſt litem conteſtatam & interpellatio non ſufficit, ſecundum Perez. *in Cod. de uſuris n.* 28. (contrarium ſtatuit Cothm. *alleg. loco ſuprà ad n.* 31.) inde nec prius uſuræ debentur, quam à die ſuſcepti judicii. Hodie tamen uſuræ in mutuo aliisq; ſtricti juris judiciis non ut uſuræ, ſed ut intereſſe lucri ceſſantis & damni emergentis exiguntur, quod cum ſit difficilis taxationis & probationis, poſſunt creditores absque taxatione ejus loco ad legitimarum uſurarum modum quincuncem à tempore moræ rectè petere. Carpz. *Jurispr. for. part.* 2. *conſt.* 30. *def.* 8. id quoque de jure Cameræ teſtatur Umm. *in Proc. D.* 21. *num.* 33. *per alleg. Auth. Gail. lib.* 2. *obſ.* 5. *n.* 15. *Maul. Theſaur. theor. pact. tr. de mutuo tit.* 9. *n.* 17. *Richter. de priv. cred. c.* 7. *n.* 6. *Zang. de except. part.* 3 *c.* 25. *n.* 6.

Nutare tamen noſtros fecit *l. lite conteſtata, eod.* Sed omiſſis iis, quæ dicuntur ab aliis, quæ patent omnibus, non eſt uſa lex verbo præſtandorum, aut alio ſimili, ſed dixit currere uſuras lite conteſtata: id quod nihil aliud eſt, quàm progredi atque ambulare, non finiri in conteſtatione litis, quouſque debitum ſolvatur manere perpetuò. Sicut enim alibi dixit Juriſconſul. ambulare obligationes, & ambulare voluntatem, legibus notiſſimis, ita dicit: currere uſucapionem *in l. ſi aliena* 10. *in princ. ff. de uſucap.* & currere uſuras *in d. l. lite*: dubium autem poterat illis facere *l. utique* 16. *ff. de rei vindic.* Manet ergò concluſio: in actionibus bonæ fidei, uſuras deberi à mora. Sed hoc etiam perpetuum non eſt: nam in actione negotiorum geſtorum, quam pueri ſciunt eſſe judicium bonæ fidei, ſi conſuetudo ejus, cujus negotia ſunt geſta, id ferat, ne ocioſæ ſint pecuniæ penes negotiorum geſtorem, uſuræ ſine mora noſtra debentur, *l. qui ſemiſſes.* 13. *in fin. ff. de uſur. l. atqui natura* 19. *§. non tantum. l. qui aliena ff. de negot. geſt.* Atque hinc eſt, ut *in l. qui ſine uſuris, eod. tit.* ſive debitor

tor gerat negotia creditoris, ubi primum exigere potuit, uſuras ſtatim debet.

43 In bonæ fidei verò cauſam viderentur includi legata, & fideicommiſſa, *l. qui ſolidum* 78. *§. etiam, l. ſi quis ſervo*, 84. *ff. de legat.* 2. ibi: *& uſurarũ onus*, &c. Sed mora ibi, quemadmodum in *d. l. etiam.* 15. *D. ut leg. nom. cav. in l. ult. ff. de requir. vel abſent.* in aliis legibus ſuprà citatis, *in l. ſi debitori* 21. *D. de judic.* tardius factam ſolutionem ſignificat, non autem moram, ſed qua nos agimus cùm per eum ſtat, unde petitur, quominus petitor rem habeat: & ita tollendus eſt obex duarum legum *e quis*, 8, *eod. tit. ff. de uſur.* In aliis autem actionibus ſtipulatione ferè opus eſt, *vulg. l. quamvis, C. de uſur.* niſi in ſingularibus caſibus: veluti in trajectitia pecunia, quæ pacto nudo debet uſuras, & quibusdam præterea ſimilibus, de quibus per ſcribentes. *in d. l. quamvis.*

44 Ex prędictis, niſi fallor, apparet, paucas ſpecies (*ſ*) uſuras recipere à mora, pauciſſimas

(*ſ*] Imò permultas, omnes enim contractus b. f. quemadmodum fructus ut antea dictum, ſic & uſuras recipiunt, quin imò hodie ut *n.* 42. monitum in

ſimas, fructus. Item illud colligitur, quamvis æſtimatio, qui primus effectus eſſe prohibetur, ſine mora eſſe nequeat; effectum tamen moræ non eſse: idque patebit planius, ubi ad moram pervenerimus, quæ factorum merorum eſt, ne quis nunc intermiſceat *l. & ſi poſt tres* 8. *ff. ſi quis caut. in jud.* & ſimiles, quæ in obligationibus facti meri locum habent, cùm hîc nos agamus de obligationibus dandi, & tradendi, ut dictũ fuit.

Quartus autem verusque effectus moræ eſt interitus, ejusq; periculũ (*t*) leges ſunt innu- 45

ſtricti juris judiciis ex mora uſuræ debentur, & ſic ex omni in univerſum contractu vel quaſi, maximè cum ſecundum Gudelin. *de jure Noviſſ. lib.* 3. *c.* 13. *verſ. ſed quid hodiè*, differentiæ actionum confuſæ & abſolutæ, ita ut omnes vi & effectu videantur eſſe bonæ fidei; etiam quoad fructus præſtandos, *add.* Vinn. *ad inſt.* §. 28. *de action.*

(*t*) Etiamſi res intra tempus purgandi moram intereat, Gail. *de Arreſt. imp. c.* 13. *n.* 11. periculũ enim ſemper ad moratorem ſpectat. Carpz. *Jur. For. part.* 2. *c.* 30. *d.* 14. *n.* 1. & *p.* 2. *c.* 27. *d.* 25. *n.* 5. nam factum alterius alteri nocere non debet, *l. non debet* 74. *de reg. jur.* itaque detrimentum tuum erit, ſi id, quod te mihi dare oportet, perierit, quoniam

innumeræ id planè probantes : principem locum tenet *l. si ex legati causa* 23. *&* *l. nemo* 82. *in fin. ff. de verb. oblig.* & ideò, si post moram

ram
niam per te, id est, morâ tuâ factum est, quò minus mihi dares, *l. quod te ff. de reb cred. l si servum* 91. *§ sequitur & §. nunc videamus cum seqq. de verb. obl* & cum res amplius præstari nequit, æstimatio ejus præstanda est *l. cum servus* 39. *§.* 1. *de legat.* 1. Quamobrem debitor ad æstimationem rerum post moram commissam deperditarum, consequenter ad juramentum actoris obstrictus est, culpa enim & mora facit, ut res quæ interiit extare videatur per *l.* 82. *§. s moram* 1. *ff. de verb. oblig.* Stuck. *cons.* 4. *n.* 2083 quatenus autem hoc modo jurijurando in litem locus sit vid. Struv. *in Syntag. Exerc.* 11. *th.* 27. *Anton Fab. Conject. l.* 16. *cap.* 13. *per tot.* qua ratione quoq differant judicia bonæ fidei & stricti juris in eund rei debitæ æstimatione, *idem d. lib.* 16. *c.* 1. *&* 2. de differentia moræ autem quæ per lapsum diei, & quæ per interpellationem contrahitur quoad rei debita æstimationem ineundam *Conject. d. l.* 16. *c.* 6. Quod de interitu totius rei hic dictum, locum quoque habet, si res deterior facta sit, aut pro parte perierit, nam quæ de re tota dicuntur, pro portione etiam de parte intelliguntur *l. quæ de tota* 76. *ff. de rei vind.* Hinc s post moram moneta imminuta fuerit, damnum ad debitorem spectat, isque valorem tempore contra

ctu

tam chasmate perierit fundus, debitori, non creditori perit, *l. cùm res 47. §, ult. l. apud Julianum, §. ipsius quoque de legat. 1. si filiofamilias dos 25. §. si post. ff. solut. matrim. l. si usufructus, 6 ff. de usufruct. leg.* similia multa colligunt gl. passim. Post litis contestationem verò sententia opus est, qua condemnetur rem ipsam præstare debitor, cui post litem contestatam demortuum animal debitum est propter fructus, *l. si homo, 8. ff. de re judic.* alioqui nisi nos fefellerunt superiora, & quę alibi diximus, vel non potest ad judicē perveniri sine mora, vel æquè pollens, ac potens est interpellatio, quæ apud Judicem fit, quàm quæ sine Judice, de quibus neque muto, neque repeto aliquid.

46 Dubitant verò nostri *in d. l. quod te, & in l. nemo 82. ff. de verb. obl.* an istud omnimodò verum sit (*u*) sive distinctionem recipiat *le-*

D gis.

ctus usitatum reddere tenetur, quemadmodum & augmentum hoc casu ad creditorem spectat *vid. Schultz. Syn. Inst. quib. mod. re contr. obl. lit. a. in fin.* ubi addit sic quotidie in facultate Jurid. ut & in Scabinatu pronunciari.

(*u*) Cum jam antea ostensum, effectum moræ es-

gis. Item si verberatum, 15. in fin. D. de rei vind. ut quando res peritura omninò erat penes petitorem, illi mortua sit, non autem debito-

se periculum interitus, inde oritur dubium, & quidem *per l. 15. in fin. ff. de rei vind.* An quoque debitor morosus ad æstimationem rei debitæ teneatur, si alias res eodem modo apud creditorem interitura fuisset? Distinguit hic Autor inter bonam & malam fidem, itemque moram exorientem inter, & quæ fit, de qua distinct. *vid. supra num.* 13. illam veluti moram impropriè sic dictam h. l. rejiciendo, de hac quoad quæstionem propositam videtur negativè concludere. Verùm cum hac ratione totam rem non videatur exhaurire, omneque dubium removere, sciendum est 1. quæstionem de naturali s. casuali tantum interitu, 2. non de violento m. f. possessore, qui semper est in mora, sive quocū moram statim exoriri dicit Autor, quique semper & indistinctè ad interitum tenetur; sed de simplici, qui licet antea fuerit in bona fide per moram quasi in mala fide esse incipiat, intelligendum esse, 3. duas esse juris regulas pro fundamento decisionis habendas, nimirum 1. Unicuique mora sua nocere, nec alteri per alterum iniqua conditio inferri debet, *l. 173. §. unicuique, junct. l. 74. ff. de reg. jur.* 2. jure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem *l. 206. ff. eod.* Quas sic oportet

esse

bitori. Animadvertite *eam l.* loqui in rei vendicatione, & in illis ſpeciebus, in quibus mora verè non eſt, ſed omnia pendent à bo-

eſſe æqualiter ſepoſitas, ac reſpiciendas, ne quaſi inter duos ſcopulos tutò tranſituri in harum alteram impingamus, neve contra *primam* creditor (ſi nempe rem ſuo tempore traditam conſervare, aut ejus æſtimatione frui potuiſſet) vel contra *alteram* debitor (quod fieret ſi æſtimatio præſtanda eo caſu quo res quoque apud creditorem peritura fuiſſet) lædatur. Hisce in jure præſuppoſitis reſpondetur diſtinguendo: Si creditor rem peremptam alienare potuiſſet ac voluiſſet, damnum culpâ & morâ debitoris cauſatum, rectè quoque ab eodem reſarciendum eſt, juxta regulam primam, & *per d. l.* 15. *in fin. de rei vind.* Creditur autem alienare voluiſſe non ſolum ſi earum rerum mercaturam exerceat, ſed & aliàs in dubio, ſive diſtractius fuiſſet ſive non, modò potuiſſet, præſumitur; caſus enim in dubio magis ei nocere debet, qui in culpa eſt, quam ei cui nihil imputari poteſt *l. cum res* 47. *§. ultim. de legat.* 1. licet à parte creditoris probationem deſideret Struv. *Exercitat.* 8. *theſ.* 21. *&* *Exercitat.* 10. *theſ.* 60. Tum verò aliud dicendum ſi conſtat creditorem rem diſtrahere noluiſſe aut non potuiſſe verb. grat. in fideicommiſſis,

à bona, aut mala fide, ut manifestissimè probat *text. in l. illud* 40. *ff. de petit. hæred.* Quamobrem si recipienda est ejusmodi distinctio, aliunde sumi eam oportet, quàm ex *ea l.* De hoc igitur, quod ab aliis dictis non pendet, paulò diligentius dicendum est. Tractatur articulus, ut præmoneri possitis, à Bart. Jas. Dec. *latissimè in d. l. quòd te.*

47 Sed tenete illud perpetuò, aliud esse dicendum in mora exoriente: aliud in mora quæ fit. Nam in mora exoriente, in confesso est omnibus, teneri furem perpetuò

quæ restitutioni obnoxia sunt, item aliis rebus fortè à testatore vel statuto alienare prohibitis, &c. Quanquam semper sine discrimine, detentorem morosum de periculo teneri asserere videatur. Carpzov. *I. F. part. 2. c. 26. d. 65. verba sunt*: quando autem venditor fuerit in mora tradendi, ad ipsum quoque periculum spectare debet, nec refert utrum res vendita eodem modo apud emptorem periisset, quo apud venditorem morosum, quia hoc inductum est in odium committentis moram. *Idem part. 1. c. 28. d. 16. n. 1.* *add. Gail. de Arrest. Imp. cap.* 13. *n.* 9. sic propter odium moræ, eadem pro specie delicti reputatur. Richter *de priv. cred. c. 4. sect. 2. n.* 178. & manifestam præ se fert injustitiæ & iniquitatis speciem. Cothm. *vol. 5. R. 30. n.* 45.

cuò de interitu, ſive exceptione: cùm enim facinus conjunctum ſit fruſtrationi, meritò nullo caſu adjuvandus eſt moroſus *l.* 1. *§. rectiſſimè. l. meritò, ff. de vi & vi armat.* Verum tamen eſt, ubi ventum eſt ad condemnationem, ſi ſit pœnalis actio, in qua æſtimatio rei contineatur, rem ipſam non eſſe conſiderandam, *l. ſi cum exceptione*, 14. *§. quod ſi homo* 11. *D. de eo quod met.* Idem dicendum eſt in l. Aquilia, *§. pœnam. Inſt. de action.* atque in ſimilibus ſpeciebus. In alia mora idem ferè creditur perpetua una ratione: quia fur, & moroſus æquiparantur, *l. inter ſtipulantem* 83. *§. Stichum, ff. de verb. oblig.* fur autem omnimodò tenetur, ergò pariter moroſus ſine exceptione tenebitur. Fortiſſimum argumentum eſt, ſi vera ſimilitudo eſt: ſed mihi videtur nequaquam voluiſſe comparare moroſum ſimpliciter, & furem Juriſconſul: ſed ſubjicere duo exempla unius regulæ: regula autem eſt, aliquando hominem mortuum utiliter ſtipulatione comprehendi, quando ſcilicet actio poſt mortem manet: veluti, furto facto hominis, & à promiſſore facta mora: utroque e-

nim casu potest esse, ut utilis sit stipulatio: exemplum habetis simile *instit. quib. mod. re cont. obl.* hoc enim posito, re scilicet obligationem contrahi, exempla duo supponuntur similia, quantum ad regulam, mutui videlicet, & commodati: separata tamen inter se, aliter enim tenetur commodatarius: aliter qui mutuò accepit: hunc non liberat incendium, illum verò ferè liberat. Eodem modo, si ad regulam intueamur, verum est, utilem esse stipulationem post moram: utilem esse post furtum, illis nempe casibus, quibus actio durat. Itaque videtur in moroso nostro esse distinguendum, per text *in l. si plures,* 14. *D. depos.* ibi: *quia æquum est, naturalem interitum, &c.* Conantur tamen Itali contra vestrates illam legem removere ab hoc proposito: aliquando enim visum illis est, id probari à l. per argumentum à contrario quod minimè recipitur, ut scitis, si contrarietas legum introducatur. Sed neque hîc ulla contrarietas est, cùm lex potius legem adjuvet, & directò ait Jurisconsultus: tunc pertinere interitum ad actorem, cùm esset in-

interitura res, si restituta fuisset. Aliquando dixerunt esse singulare in deposito, cùm magna existimetur perfidia depositarii, propter quam notatur infamia, *l. in furti 6. §. illud planè 6. D. de iis qui not. infam.* Cæterum nihilo major est perfidia depositarii, quàm aliorum, nisi post condemnationem: ante sententiam verò nihil habent singulare depositarii, unde premi possint *l. si plures.* Interdum dixerunt ibi agi de impensis, idque mera divinatio est Aliquando dixerunt in *l. si plures*, depositarium habuisse justam litigandi causam. Sed quomodo de mora agetur tunc: nam justa causa eundi ad Judicem à mora solvit, *l. sciendum*, 21. *l. si quis solutioni* 24. *D. de usur.* Interdum distinxerunt mortem naturalem, ab alio mortis genere, unde culpa tamen absit depositarii. Cæterum non essent casus enumerandi, sed reddenda ratio, *l.* 4. *§. Cato.* 1. *vers. differentiæ, D. de verbor. obligat. gloss. in l. à divo Pio.* 15. *in princip. D. de re judic.* Nonnunquam voluerunt *l. si plures*, habere locum, in solis bonæ fidei contractibus.

D 4 Hoc

Hoc autem rejicitur à *l. ſi in Aſia, in fin. eod.*

Verius itaque videtur, hìc eſſe diſtinguendum, ſicut in rei vindicatione, cùm propter æquitatem, ſed præcipuè propter *l. ſi plures*: quæ meo judicio, evadi non poteſt. Idem autem eſſet quantum ad hoc, ſive res interierit, ſive non appareát: probatur *in d.l. cùm res §. ſi item ſi aliena, D. de legat.* 1. Quæ de ſumptibus, & opera dici poſſent, quæque traduntur à noſtris *in l. cum ſervus 39. D. de leg.* 1. *& in d.l. quod te*, alieni ſunt propoſiti: noſtrum enim eſt, hîc nihil admiſcere, quod moræ neceſſariò non cohæreat.

48 Ultimus moræ effectus eſt, ut quando illum ſcire oporteat ſe debere, prædo evadat, & malæ fidei (x) *d.l. quod te 5. ff. de R.C. l.* quæ-

(x) Moræ effectum dicit malam fidem, quod tamen ſimpliciter ſtatuendum eſſe non videtur, enimverò ex *al... ll.* difficulter hoc evincitur, in quibus potius ſcientia rei alienæ pro cauſa ſive conſtitutione malæ fidei reputatur, mora quoque ex ſcientia naſcitur. Quin igitur ob ſcientiam rei alienæ moram cum mala fide ſimul exiſtere dicamus, nam per interpellationem aut litem motam incipit quis eſſe malæ fidei

quæsitum 40. *D. de acquir. rer. dom.* quamobrem describere nunquã poterit, *c. ult. de præscript.* unde egregiè respondit Fulg. *in consil.* 63. statutum, quo introducitur præscriptio adversus creditorem: ut puta si non exegerit debitum decennio amplius exigere non possit, non comprehendat debitorem morosum. Atque hæc sufficiant ex parte debitoris.

Creditor autem similiter in mora poni potest, ut suprà ostendimus. (*y*) Quamobrem 49

possessor *l.* 20. *§.* 11. *&* *l.* 25. *§.* 7. *ff. de hæred. petit.* ac simul constituitur quis in mora, ut ex antea dictis apparet; Sic quoque ex facto illicito dicitur quis in mala fide esse & simul & semper in mora *l.* 8. *§.* 1. *ff. de condict. furt. l. fin. C. eod.* Ab aliis plures recensentur moræ effectus, nimirum obligationis perpetuatio *per l.* 91. *§.* 3. *de V.O.* Ut hæreditario jure ad hæredes transeat, sive moram quis fecit sive passus sit. Strauch. *d. dissert.* 18. *th.* 25. Gail. *de Arrest. Imp. c.* 13. *n.* 10. Item præstatio interesse *l.* 8. *ff. de eo quod cert. loc.* Strauch. *d. l.* Umm. *in Proc. D.* 21. *n.* 61.

(*y*) Quamvis præcipuè & frequentius debitor solutionem debiti differendo, moram committat *l.* 23. *de V.O.* aliquando tamen creditores injuriâ differunt legitimè oblatum debitum recipere, atque eatenus tergiversando debitoribus damnum inferunt, quare

rem ſicut creditorem oportet interpellare congruo loco, & tempore: par eſt quoque, ut debitor offerat congruo tempore,& loco: alioquin juſtam creditor haberet non accipiendi cauſam, *l. ſed & ſi alia*, 17. *D. de conſt. pec. l. qui decem* 21. *l. ſi ſoluturus* 39. *D. de ſolut. l. qui* R*omæ*,122.*in princ.D.de verb. oblig.*

50 Poteſt autem moliri tria debitor, aut emendationem moræ, de qua poſtea dicetur; aut liberationem abſolutam, quando oblatio ſola non ſufficit: opus enim eſt conſignare, ac deponere, *l. acceptam, C. de uſur. l. obſignatione, C. de ſolut.* aut molitur ſolam moram creditoris, id quod oblatione ſola contentum eſt, de quo loquitur (z) *l. ſi mora, ſolut. matrim.* cum ſuis

creditor in accipiendo haud minus ac debitor in ſolvendo moram facere poteſt, *l. ſi ſoluturus* 39. *l. qui decem* 72. *de ſolut.*

[z) Oblatio alia eſt nuda alia ſolennis, de qua vid. Struv. *in Syntag. Exerc.* 47. *th.* 79. per hanc debitori liberatio contingit, Zang. *de Except. p.* 3. *c.* 2. *num.*88.per illam minns,mora tamen debitoris ex inter-

ſuis comparibus: hoc voluit Juriſconſ. *in l. qui decem. 72. de ſolut.* ibi: *Doli mali exceptione ſe tueri poteſt, &c.*

Et in hac mora creditoris conſtituenda nihil intereſt inter moram exorientem, & moram quæ fit, *l. in re furtiva* 8. *gloſſ.* 1. *in l. parvi* 17. *ff. de condict. furt.* Varios verò hæc mora effectus habet: unus eſt interitus (*a*) in quo nihil habet ſeparatim à mora debitoris. Secundus effectus eſt fructuum, ut poſt eam non teneatur niſi de per- 51

interpellatione orta purgatur, uſuræ inde debitæ ſiſtuntur ac periculum in creditorem transfertur. Struvius *cit. loc.* aliquando tamen nuda oblatio eandem vim habet ac ſolennis, de quo Zang. *d. c.* 2. *n.* 147. *ſeqq.* in quo capite de modo ac effectu oblationis latiſſimè diſquirit. Quid porrò obtineat in immobilibus debitis, ut & obligationibus faciendi quoad oblationem, *vid.* Beim. *dict. tractat. ſingulari de mora theſ.* 18.

(*a*) Nam mora creditoris in recipiendo facta, transfert periculum in ipſum, & pro ſoluto habetur, quod poſt moram periit. *l. ſtipulatus* 105. *ff. de V. O.*

perceptis. Tertius, ut ſolum dolum (*b*) præſtare debeat ; quæ manifeſtiſſimè probantur *ex d. l. qui decem* 21. *de ſolut.* & *ex d. l. ſi mora. ſolut. matr*, Quartus effectus eſt denegandæ actionis, *l. ſi debitor* 30. *la.* 1. *de ſolut.* eam autem ibi rectè Bald. intelligit fuiſſe inſtitutam contra quorundam contumaciam, qui nihil volunt ſibi ſolvi, niſi per Judicem : quæ cauſa fuit etiam *l. quidam exiſtimaverunt*, 21. *D. de reb. cred.* alioqui oblatio ſola non facit, ut repellatur quis perpetuò à judicii limine, cùm conſtet inter omnes ultimam eſſe moram inſpiciendam, *l. ſi ſervū* 91. *§. ſequitur*, 3. *de verb. obl. l. illud, de peric.* & *comm. rei vend.* Tradit gloſſ. anomalum unum effectum debitoris legitimi *in d. l. mora*, qui extra cauſam noſtram eſt. Ex his itaque vos intelligere arbitror in obligationibus dandi, & tradendi, quemadmodum inchoetur mora : nam ut perficiatur apud Ju-

(*b*) Imò & latam culpam, quæ licet re ipsâ dolus non ſit, nec lex dolum requirens, culpæ mentionem faciat, tamen doli verbo lata culpa venit, ſcilicet per interpretationem juris. Zang. *de except. d. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 133. *ſeqq.*

Judicem examinandum eſt: & quis ſit effectus moræ, tàm à parte creditoris, quàm à parte debitoris.

Hæc viſa dicenda ſunt de priore genere moræ: hoc eſt, de mora, quæ naſcitur ex obligationibus dandi, & tradendi: nunc verò agendum eſt de mora obligationum faciendi. Hæc quidnm mora ſeparatam à ſuperiore cauſam habet, ut patet ex conſtitutione, & ex effectu: nam cùm merum factum (c) præſtandum eſt, neque inſula peti poteſt, neque fructus ullus eſt, neque uſuræ, neque- 52

(c) Factum autem eſt vel poſſibile quod fieri poteſt, rel per ſe impoſſibile nempe naturâ vel jure; naturâ: cum natura impedimento eſt, quo minus aliquid fieri poſſit, *§. ſi impoſſibile inſt. de inutil. ſtipul.* Quod ſi obligatio partim naturâ poſſibilis partim impoſſibilis valet in quantum poſſibilis, modo ſeparari commodè poſſit, in ſeparatis enim utile per inutile non vitiatur, *l.* 1. *§. ſed mihi ff. de V.O. l.* 1. *§.* 1. *de rei ux. act.* ſic mora quoad poſſibile tantum committitur. Jure autem impoſſibile eſt, quod tàm contra leges quàm contra bonos mores, & hæc inutiliter in ſtipulationem deducuntur. *l. ſtipulatio* 61. *l. Titia* 134. *in princ. ff. de V. O.* nam impoſſibilium nulla obligatio eſt. *l. impoſſibilium ff. de R.I.* & conſequenter in his nulla poteſt eſſe mora,

neque periculum ullum interitus : res enim quæ non extat, quę formam à consummatione accipit, *l. si is qui quadringenta*, 80. *ff. ad l. falc.* neque æstimari, neque fructus ferre, neque interire potest, *vulg. l. nam & si sub conditione*, 5. *ff. de injust. rupt. l. decem* 116. *de verb. oblig. gloss. in l. ad dissolvendum, ex verb. accusari, de despon. impub.* Constitutio item alia est : superior enim aut tota prodit illico; aut inchoatur ex persona, aut ex re, ea scilicet quæ est privilegiaria.

Hæc autem quæ habet obligationem faciendi à die nascitur, si dies dicta sit, *l. & si post tres*, 8. *ff. si quis caut.* aut etiam si dicta non sit dies, à tempore, quo naturâ res perfici potuit, *l. si insulam* 84. *l. continuus* 134. *§. qui insulam* 3. *ff. de verb. oblig.*

53 Hujus non ut alterius, multiplex effectus est, sed idem semper, unusque, ac simplicibus, tantum scilicet, quantum interest ejus, cui promissum erat opus. Hoc est quod dicimus, in faciendi obligationibus succedere obligationem ad id quod interest,

est, (d) *l. si quis ab alio* 13. *in fin. ff. de re jud. l. stipulationes non dividuntur,* 72. *vers. Celsus, de verb. oblig. l. cum stipulatus sim mihi in fin. cum l. seq. eod. tit.*

Ex his ergò intelligitis in universum, quomodo constituatur mora, & quis effectus ejus sit. 54

(*d*) Licet in obligatione dandi ad rem promissam præstandam aliquis teneatur nec præstando interesse liberetur, *l.* 75. *§. fin. de V. O. l.* 25. *in fin. de contrah. empt.* Alia tamen obligationum faciendi est natura, ubi initio obligationis & quidem ante moram ipsum factum est in obligatione & præstatione, post moram vero interesse quo præstito debitor liberatur *l. stipulationes* 72. *vers. Celsus. l.* 68. *l.* 81. *l.* 112. *§. fin. l.* 72. *ff. de V. O.* Post moram autem non tenetur stipulator contentus esse facto, ad quod se denuò offert promissor, sed interesse rectè petere valet *l.* 44. *§. fin. l.* 84, *l.* 72. *ff. de V. O.* Sic qui promisit pro alio fidejubere, non præcisè ad fidejubendum cogi potest promissor, sed solum ad id quod adversarii interfuit, scilicet fidejussionem fuisse præstitam, hæc enim est natura obligationum faciendi, Carpzov. *I. F. part.* 2. *cap.* 18. *d.* 1. *num.* 6. *& part.* 3. *cap.* 30. *d.* 9. *num.* 3.

54 Supereſt nunc ut videamus, quemadmodum emendetur mora, (*e*) ſive purgetur, ſive extinguatur: hoc eſt, quemadmodum reſtituatur obligatio in eundem locum ubi erat, quando mora inchoata fuit quod nihil eſt aliud, quàm moram circumducere: hoc autem abſoluto, ad ulteriora progredi volentibus, facillimus, niſi fallor, patebit aditus. Agamus autem prius de mora debitoris. Hæc mora quaſdam germanas habet, quæ ſimul cum ea naſcuntur, eæ verò ſunt actiones: puta in furto condictio,

(*e*) De excuſatione moræ cum Autor nihil moneat videri poſſunt hac de re Beima *in d.tract.de mora th.*14. 15. *&* 16. Struv. *Exerc.*27.*n.*69. Scotan. *Exam.Jur.tit.de uſur.& fruct.* Menoch. *de A.I.Q. lib.*2.*caſ.*22.*n.*50.*& ſeqq.* Purgationem ſive emendationem verò de mora præterita intelligi vult, cui conſentire videtur, Strauch. *Diſſert. theor.pract.* 18.*th.*26. E contrà Beima *d.t.de mora th.* 18. illa de futurà accipiendam eſſe tradit, quia efficiat ne in aliquod ſequentis temporis periculum incurret debitor propter ceſſationem, è præterita autem liberare non poſſit. Hunc ſequi videtur Struv. *d. Exerc.* 27. *th.* 71. Inquirenti patebit, oblationẽ ut præcipuam purgationis ſpeciem ferè omnes ſuos effectus in futurum oſtendere, ut de illa minus dubitari poſſit.

ctio, vendicatio, & actio furti. Actio furti nunquam emendatur ne præstatione quidem rei, quoniam pœnæ persecutionem continet, *l. si pignore, 54. §. cum furti* ff. *de furt.* non enim punitur fur, quia absit res domino cùm agit, sed quia aliquando abfuit maleficio furis, *l. inter omnes 46. vers. competit, D. eod.*

Condictio autem est, per quam petuntur effectus moræ, *l. si condicatur, 3. ff. de condict. furt.* Quamobrem quæ extinguunt condictionem, pariter extinguent moram, & ejus effectus per condictionem aut petitos aut petendos. Constat autem condictionem tolli oblatione (*f*) *l. in re furtiva, 8. ff. eod.* ibi: Si quidem obtulit fur, sine dubio nulla erit condictio. Idem potest nova-

(*f*(Oblatio purgat saltem moram ex interpellatione contractam, inde dependentes usuras tantum tollit, non verò usuras propter moram ex re, sed depositione opus est, multò minus ex conventione, cum sola oblatio obligationem non finiat. Struv. *d. exerc. 27. th. 56.* Plura de oblatione ejusque effectu *vid. suprà ad n. 50. adde Menoch. A. I. Q. l. 2. cent. 3. cas. 232. n. 20. seq.* de depositione Carpz. *p. 2. c. 28. d. 16. & 17.*

tio (g) & delegatio, *l. parvi, 17. d. tit. de condict. furt.*

Oblationem autem fieri oportet non solum rei quæ petitur, sed omnium quæ in condictionem veniunt, per cujus interitum condictionis mora extinguitur, ut dictum est. Quamobrem cum semper condicatur, (*h*) donec omnia soluta fuerint

(*g*) Si nimirum creditor rem debitam novandi animo purè stipulatus est, nam cum novatio principalem obligationem tollit, tum quoque ea quæ ipsi conjuncta sunt, tolluntur; Excipitur tamen stipulatio conditionalis, ubi re absente, etiamsi conditio exstiterit, mora non exstinguitur *l. si rem 31. ff. de novat. l. 56. §. ult. de V. O.* Qui autem rem præsentem non accepit, sed maluit ex posteriori stipulatione exspectare, moram prioris obligationis remisisse censetur, *l. qui decem 72. §. 1. de solut. add. hic* Beima *d. tract. de mora num.* 17.

(*h*) Accessoria verò ut fructus & usuræ quæ ex mora & sic officio Judicis debentur semel durante principali actione petenda sunt, alias post sententiam frustra petuntur; Quæ autem ex conventione & jure actionis debentur post sententiam adhuc peti possunt, Carpz. *I. F. part. 2. c. 30. d. 47. item d. 12. & 13.* Umm. *in Proc. D. 21. n. 26. & 44.* Quare priori modo usuræ vel fructus maturè petendi, aliàs judex eos in

rint, *l. hujusmodi* 84. *§. ædes*, 4. ff. *de legat.* 1. *l. etiam* 27. ff. *de sol.* nisi omnibus oblatis puta fructibus, & causis, manente condictione mora non dicitur esse emendata. Idem est in mora quæ fit, *l. illud.* 17. ff. *de peric. & comm. rei vend.* ibi sane hoc casu mihi nocere debet: non enim noceret emptori, si non emendaret vitium debitoris, *l. qui decem* 21. ff. *de solut.* ibi: *Etenim non est æquum*: nam si oblatio potens est ad transferendam moram in creditorem, & eum obligandum ad effectus moræ, *d. l. si mora*, ff. *sol. mat. d. l. illud*, non potest hoc operari, quin moram diluat debitoris. Oblatio autem tamdiu fieri potest, quamdiu res integra est *l.* 6. ff. *mancipiorum*,

in sententia præterire potest. Umm. *D.* 6. *n.* 59. Posse tamen Judicem ex officio fructuum ac usurarum rationem in sententia tenere, quamvis actor non petierit, idq; de observantia Cameræ testatur Minsing. *cent.* 4. *obs.* 55. maximè cum debitam justitiam sibi administrari imploraverit actor.

(*i*) Consequenter quoq; mora purgatur re adhuc integrâ, id est, quando alterius jus nō fit deterius; Quare cū Emphyteuta in persolvendo canone morosus

 emphy-

rum,6.ff.de opt. leg. ita tamen ut res contestá-stationem litis non egrediatur, qui terminus emendationis (*k*) moræ est, *l. cum sine* 19. *l. si penum*, 24. *ff. quando dies leg. ced. l.* 1. *de pen. leg.* Potest sane fieri oblatio omnis causæ post litem contestatam §. *ult. Inst. de per. & temp. act.* unde illud est, ut omnia judicia sint absolutoria; hoc est, ut ait Paraphrastes, ut Judex semper debeat liberare reum qui bonam fidem agnoscat id quod verum est, etiam post litis contestationem, & post sententiam, *l. fidejussor evictionis*, 15. *ff. de dol. mal. & met. except.* sed tempora posteriora contestationi, ad moram non pertinent, sed ad officium Judicis.

55 Mora verò factorum merorum, veluti faciendæ insulæ, terminum habet emendationis

emphyteusi privatur, ante Domini declarationem tamen ad moram purgandam admittitur, cum domino nondum jus perfectè quæsitum, Carpz. *I. F. part.* 2. *c.* 38. *d.* 11.

(*k*) Imò si & ante litem contestatam extrajudicialiter interpellatus, moram in restituenda re commiserit debitor, ab isto tempore moræ, augmentum pretii usque ad condemnationem attendendum, *vid.* Struv. *Exerc.* 16. *th.* 37.

tionis (*l*) usque ad judicium acceptum, *l. si insulam*, 84. *ff. de verb. oblig.* cùm enim faciendum sit, & id quod non extat peti non possit, offerri quoque eadem ratione non poterit; nihil enim est quòd offeratur: nisi opere perfecto quando non offertur, sed præstatur. Quia autem incertiora hæc facta sunt, meritò majores nostri prudentissimi emendationem produxerunt usq; ad litis contestationem.

Intelligendum autem est, litis contestationem id pati, de eodem judicio, quo petitur quod faciendum fuit: puta, domus est facienda, præteriit tempus ædificandi, agitur ad id quod interest: si fabricatus fuerit promissor tempore litis contestatæ, emen-

(*l*) Nisi actor propter moram jam ante litem contestatam incommodum aut damnum aliquod senserit *l. etsi post tres.* 8. *in verb. nec actoris l. si ita quis.* 135. *§. Seja ff. de V. O.* neque tum mora oblatione purgatur, licet nullus dies præstationi præfixus, *l.* 21. *§. ult. l.* 22. *de recept. arbitr.* Enimverò purgatio sive emendatio moræ fit, ne in futurum noceat, præteritam autem non emendat, *l. trajectitia*, 23. *verb. de illo sanè de oblig. & act.* (*conf. suprà n.* 54.) insuper actio semel quæsita invito auferri nequit. *l. haberi* 57. *in fin. de evict.*

mendata mora eſt. Sed ſi judicium de alia re inſtituendum eſſet, aliud eſſet dicendum,

Unde eſt ut magni Viri majores noſtri, in caſu obligationis judicio ſiſti, per dies, & arbitrium Judicum moram emendari voluerint, non per litis conteſtationem: nam ſi expectanda eſſet litis conteſtatio de promiſſione ſiſtendi, præjudicium fieret judicio principali, & eſſet res nimis oneroſa litigatoribus, contra *l*, 1. ff. *ſi quis caut.*

56 Ex his itaque concluditur omnem cujusquemodi moram emendari poſſe.

Perpetuum tamen creditur non eſſe, multis modis inſigniores numerabimus, & qui controverſiæ aliquid habere poſſunt, aut qui ſunt certiſſimi. Primus caret omni ſcrupulo: quando enim debitor pacto ſuo (*m*) noluit poſſe emendari moram, excluſus intelligitur ab hujusmodi beneficio legis:

(*m*) Sic quoque qui generaliter omnibus juris beneficiis renunciavit, purgationi moræ quoque renunciaſſe cenſetur Airer. *in Proc. jur. p.* 1. *c.* 11. *obſ.* 3. *n.* 2. *Afflict. deciſ.* 174. *v.* 4.

gis; de quo *text. est in l. sancimus, §. sin autem C. de fidejuss.* ex illis verbis: *Nisi pacti tenor reclamaverit*: nam cùm omnibus liceat sibi præjudicare pacto, legibus, aut privilegio non repugnante, *l. pacta quæ contra. 6. C. de pactis. c. si diligenti, de for. compet.* rectè sibi promissor adimet emendandæ moræ facultatem, *l. si quis in conscribendo. 29. C. de pact. l. ult. eod.*

Secundò creditur non posse emendari mora, ubi ex conventione pœna debetur, & dies certa adjecta est: ita crediderunt nostrates, (*n*) vestratibus dissentientibus. Nituntur ex *l. magnam. C. de cont. & com. stipulat. ex l. Celsus. 23. ff. de recept. arbitr.* 57

(*n*) Autor natione Italus, atque Avenione in Galliâ jura professus creditur, qua ratione per *nostrates*, Jurisconsultos Citramontanos sive Italos, per *vestrates*, Ultramontanos sive Gallos intellexisse videtur, inter quos in decidendis controversiis cum plus unâ vice, sic quoque circa præsens negotium opinionum fuit varietas. Quod autem dies & pœna adjecta non patiatur moræ purgationem, illi assentiunt Carpzov. *I. F. p. 2. cap. 16. d. 4. n. 6.* Schotan. *in Exam. jur.* & Strauch. *d. dissert. 17. th. 26.*

ex l.qui Romæ 122. *§.Callimachus.ff. de verb.oblig. ubi Ang.* & ex aliis præterea legibus, ex quibus colligitur, pœnam deberi præterito die omnimodò: ita accipiendum eſt quod dicitur ab Imperatore *in l.2. C.de jure emphit,* Dixi vobis ſuprà pœnam non eſſe effectum moræ, ſed quoddam extrinſecum pendens aut à lege, aut à conventione, quod emendationem non habet, quia extrinſecum eſt: emendatio enim ſolius moræ eſt, *l.Thais,* 41. *§. intra,*12. *ff.de fideicom. libert.l.ſi ita quis.§.Seja.de verb.oblig.* nam cùm actio extrinſecum à mora ſit, non poterit die præterito aut non naſci, aut naſci: dies enim adjectus propter aliud potentiſſimè operatur, *l.cùm non eo die, C.quan.provoc.non eſt neceſſ.c.de cauſis,de offic. deleg. l. peremptorias, C. ſenten.reſc.non poſſe*, niſi fortaſſe proferatur à lege, *ut in l. ult. in fin. C.ut omnes jud. tàm civil, quàm crimin.* Ergò cùm pœna extrinſecum ſit, & ex conventione, aut ex lege debeatur, potentiſſimè quantum ad eam operabitur dies. Hinc eſt ut text. *in c. potuit. loc.* dixerit non ſimpliciter diem interpellare, ſed addidit in hoc caſu, Suadent tamen noſtri

ſtri ratione, qua ſibi valde placent: quia quando creditor (inquiunt) tantum ſibi cavit die, aut pœna, ſubminiſtrat lex ex æquitate purgationem: ſed ubi utrunque additum eſt, tanquam cui benè conſultum ſit, lex ſe non interponit. Hæ neque ſunt in lege, neque ex lege, itaque veluti ſyrmata, & ſophiſmata rejicienda ſunt. Summa verò ratio hujus ſententiæ eſt in conſenſu noſtrorum à Cuneo uſque, & Rainerio, & Dyno ad duos Salycetos, & Alex. quem turba ſecuta poſtea omnis eſt.

Non diſſimilis eſt auctoritas tertiæ ſpe- 58
ciei: dicunt enim, juramentum tollere emendationem, propter *l. ſi quis major, C. de tranſact.* quæ lex nihil illos adjuvat: neque enim ibi agitur de mora, aut de emendatione moræ.

Quinimo idem vult & emendatio, & juramentum, ut præcisè ſcilicet præſtetur id quod promiſſum eſt.

Quarta ſpecies eſt *in l. tale, 40. §. qui pro-* 59
vocavit, 1. ff. de pact. Unde generaliter noſtri ſumunt moræ emendationem fieri non poſſe in pacto inſtituto ad confirmandam.

vel

vel exequendam rem judicatam. Ea lex neque de mora, neque de emendatione agit, ſed illud ſtatuit, quid ſequendum Judici appellationis ſit, quando quis promiſit ſe rem judicatam facturum; neque apparet ratio, cur aliquid dicendum ſit in ea ſpecie ſingulariter. Item deſtruitur hæc limitatio à limitatione ſecunda; erat enim ibi & dies, & pœna.

60 Quinta ſpecies eſt, ſolutione facta moram non poſſe emendari, *l. qui ob rem, 35. D. de condict. indeb.* Ea quoque lex non agit neque de mora, neque de emendatione. Limitatione autem nihil verius, ſed nihil etiam infuſius: nam cùm ſolutione ſublata ſit obligatio, *Inſt. quib. mod. toll. obl.* quæ hæc eſt ineptia, quærere an corrigi poſſit quod ſublatum eſt?

61 Sexta ſpecies: quando executio facta eſt à lege, puta electione facta alternativæ obligationis, *l. ſi is cui D. de legat. 2.* Cæterùm quo ad electionem, petitio nulla ibi eſt; igitur nulla mora.

62 Similis eſt cauſa ſeptimæ ſpeciei, quando pœna moræ eſt juris, aut facultatis, antea

tea morofo competentis, translativa in alium veluti legato fervo ab hærede Titio, puta, quem Sejus elegerit: Sejo non eligente intra annum, transfertur eligendi jus in legatarium, *l.ult.§.fed & fi quis C.com.de leg.* idem eft in *l.1.§.quibus,de.fucceff. edict.* Sed fi vera funt præcedentia, hæc limitatio vera effe non poteft, vel faltem eft fuperflua: fit enim executio à lege. Sed hæc & alia hujusmodi cunctationis funt, non autem moræ noftræ: alioqui & ufus, & ufusfructus, habitatio non utendo amittuntur certis modis, quæ tamen nemo unquam in hanc claffem vocavit, nemo dixit ad moram pertinere. Quinimo dominium tempore perit decennio, vel triennio; neque tamen cum mora quicquam habet commune. Et præterea, hæc omnia extrinfeca funt: nam neque dominium, neque actio, neque electio, numerantur in effectibus moræ,

Duo igitur cafus funt, quibus mora non emendatur: unus fi quis ita pepigerit: alter fi lex inhibuerit emendationem. Et hęc fufficiant de mora debitoris. 63

Mora

46 Mora autem creditoris nocet illi usque ad litem contestatam, (o) *l. sed & si alia,* 17. *in fin. ff. de constit. pec.* Ultima autem mora attendenda est, *l. illud,* 17. *ff. de peric. & comm. rei vend.* & cùm agitur de damno, favere magis debemus ei, qui tenet, quàm ei, qui persequitur, *d. l. si servum,* 91. *§. sequitur,* 3, ff. *de verb.*

(*o*) Cum superius *num.* 50. dictum, quod post oblationem res sit periculo creditoris, qui oblatam rem sive pecuniam sine justa causa accipere detrectavit *l. qui decem* 72. *in princ. & §.* 1. *ff. de solut.* Hinc porrò damnum quod oritur, magis ei qui persequitur, quàm qui tenet imputabitur. *d. l. si servum* 91. *§. persequitur de V. O.* Quare si semel mora facta, si servum dotalem postea offerente marito, mulier accipere noluerit, & ita is decesserit, non debebit pretium ejus maritus, vel hæres ejus, ne ob id damnum sentiat, quod postea offerente eo mulier accipere noluit, *l. semel mora* 26. *ff. solut. matrim.* Hoc modo intelligendum est, quando dicitur: moram ultimam nocere sive attendendam esse, *l. illud* 17. *ff. de peric. & comm. rei vend.* Quanquam aliàs mora ad moram quoq; compensari possit. Cothm. *Vol.* 5. *R.* 30. *n.* 100. Wames. *cent.* 3. *cons.* 14. *n.* 8. *& cent.* 4. *cons.* 95. *n.* 32.

Verb. oblig. Atque hæc ſunt, quæ mihi dicenda viſa ſunt de mora: utinam tàm verè, quàm ſincerè: id quod poſteritas aliena à perturbationibus judicabit.

Finis Libelli de Mora.



Leges

Leges quarum in hoc Libello datur ſingularis intellectus.



ÆMYLII FERRETTI JCtorum ſuæ ætatis facilè Principis

In

L. un. C. de Sententiis, quæ pro eo quod intereſt prof.

Interpretatio.

Imp. Juſtinianus A. Joanni P.P.

CUm pro eo quod intereſt dubitationes antiquæ in infinitum productæ ſint: melius nobis viſum eſt hujusmodi prolixitatem in anguſtũ coarctare. Sancimus itaq; in omnibus caſibus, *a* qui certã habent quantitatem vel naturã, veluti in venditionibus, & locationibus, *b* & omnibus contractibus, hoc quod

quod interest dupli *c* quantitatem minimè excedere. In aliis autem casibus, qui incerti esse videntur, Judices, qui causas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatem requirere, ut hoc quod revera inducitur damnum hoc reddatur, & non ex quibusdam machinationibus, & immodicis perversionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate cadat: cùm sciamus esse naturæ congruum, eas tantummodo pœnas *d* exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, vel à legibus certo fine conclusæ statuuntur. Ex hoc non solum in damno, *e* sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio: quia ex eo veteres id quod interest statuerunt. Et sit omnibus, secundum quod dictum est, finis antiquæ prolixitatis hujus constitutionis recitatio. Dabam Calend. Septemb. Constantinopol. post Consulát. Lampad. & Orest. Coss.

SUM-

1. *Intereſſe non eſt vocabulum latinum: & ejus in legibus duplex ſignificatio.*
2. *Intereſſe non eſt æſtimatio rei. &* 17.
3. *Intereſſe non ſignificat rem debitam, neque ejus precium.*
4. *Obligatus ad rem non poteſt dare fidejuſſorem ad intereſse: niſi quando factum promiſſum eſt.*
5. *Qui promiſit non petere intereſſe poteſt petere rem, aut precium rei.*
6. *Intereſſe non comprehenditur pacto, quia non eſt idem cum re.*
7. *Thema ſive caſus non poteſt hîc proponi. Et in quibus locis non poteſt.*
8. *Lex hæc continet tria. Secunda pars eſt* 16. *Tertia* 17.
9. *De qua re fuit dubitatum ex Doct. ſententia in hac lege. Ex Ferr.* 10.
11. *Agitur hîc non ſolùm de contractibus, ſed etiam de aliis rebus.*
12. *Quantitas quid Bar. & natura, & certum. Quid Ferr.* 14.
13. *Quantitas differt à quanto.*
15. *Plura in hac lege continentur, quàm exemplis in ea propoſitis.*

16. *Duplum & simplum sunt relativa.*

18. *Interesse est triplex per Doc. Per Ferr. tantum unum & 22. & 29. in fin.*

19. *Interesse singulare est ab effectu, aut utilitate,*

20. *Interesse conventum est gl. & Bar. conventum pretium.*

21. *Precium est tantum unum.*

23. *Pœna non est interesse.*

24. *Simplum quid glo. & cæteris : & Ferr. 25. neque hîc agi solùm de singulari interesse, ut volunt Doct.*

26. *Pœna duas habet significationes.*

27. *Hæc lex continet damnum, aut lucrum : quæ lata est ad taxandum, non ad antiquandum : & num. 10.*

28. *Interesse aliud extra rem : aliud circa rem.*

30. *Interesse extra rem quando debetur per gl. & Bar. Per Ferr. 31.*

32. *Interesse quâ actione petatur.*

33. *Interesse quomodo probetur.*

34. *Interesse cùm petitur, ponendus & articulandus est certus locus, & æstimatio communis.*

35. *Iuramentum excludit id quod interest : à quo aliquando leges probationem accipinnt.*

36. *Interesse peti potest ubi pœna promissa est : sed*

ſed ſi promiſſum fuerit intereſſe ſimpliciter, petitur illud quod jure cautum eſt.

37. *Intereſſe naſcitur ex mora, neque ex facto: ſed eſt inventum propter utilitatem, & æquitatem.*

QVoniam prius inveſtigandum eſt quid ſit nomen; deinde quid ſit res; antequam de lege aliquid agatur, videndum eſt quid ſignificet id quod intereſt, ſive intereſſe.

Utroque enim vocabulo promiſcuè utemur; quamvis altero malè latino (*a*) ad rem exprimendam. 1

Duplex

(*a*) Autor verbum intereſſe dicit non eſſe latinum, reperitur tamen in jure ſubſtantivè ſumptum, *in cap. facio* 48.*extr.de ſentent.excomm.in l. debitor decem* 82. *in princ.ff. de legat.* 2. & quidem in vulgari edit. ac licet Gothof. in editione noviſſima pro *intereſſe* ſubſtituat *interuſarium*, nihilominus tamen *ad d. l.* 82. notat, prius apud Autores rectè in uſu eſſe, non minus ac ſcire tuũ nihil eſt &c. velle ſuum cuiq; &c. Inſuper hoc verbum latinè rectè ſic ſumi tradit Coraſius *lib.* 1. Miſcell. *cap.*20. & *alii quos citat* Wiſſenb. *com.in Reg. jur.ad l.quatenus.*24.*Phil.Matth.*

 ad

Duplex ergo in noſtris libris invenitur ſignificatio intereſſe; una nobis communis eſt cum omnibus, qua idem ſignificamus, cùm intereſſe noſtra dicimus, atque expedire, utile eſſe, ad nos pertinere, nos tan-

ad eand. l. 24. *n.* 1. Breviter: Duplex ſignificatio eſt: Intereſſe denotat utilitatem vel publicam, vel privatam *ſecundum ll. ab Authore alleg.* in hoc poſteriori ſignificatu rurſus vel latè vel ſtrictè ſumitur. Latè, quatenus comprehendit omne id, quod quocunque modo ad noſtram utilitatem ſpectat, modò rem principalem, *l. ſi tibi* 25. *l. ſi permutationis* 29. *C. de evict.* modò rei æſtimationem ſive pretium *l.* 1. *de act. empt.* fructus *l.* 4. *§. in confeſſoria cum ſeqq. ff. ſi ſerv. vind.* imò pœnam, uſuras & qualescunque acceſſiones. Verùm hæc acceptio propriè huc non ſpectat, ſed ſtrictè hic conſideratur, quatenus id tantum ſignificat quod præter rem ejusve pretium, acceſſionesque extrinſecus venit, nimirum utilitas illa quæ circa rem conſiſtit. *l. ſterilis* 21. *§.* 3. *ff. de act. empt.* Et nihil aliud eſt quàm utilitas, quæ nobis facto alieno abeſt quamque lucrari potuiſſemus; Aliis dicitur emergentis damni & ceſſantis lucri compenſatio; vel quantitas in compenſationem utilitatis, morâ ſive injuriâ alterius per damnum datum, vel lucrum interceptum nobis erepta, officio judicis æſtimanda. Strauch. *Diſſert. Theor. pract.* 18. *th.* 17.

tangere citra ullam commodi pecuniarii æstimationem. Id enim quod interesse dixit publicè Jurisconf. *in l.* 1. *ff. sol. mat. in l. nam reip.* 4. *ff. de nov, oper. nunc.* cum aliis id genus, idem alibi in *l. vel negare.* 5. *ff. quemad. test. aper.* expedire dixit: *in l. servum quoque* 33. *§. publice* 2. *ff. de procur.* esse utile. Ideoq; in *l. actione* 65. *§. Labeo, pro soc.* modò usus est verbo expedit, modò interesse Jurisconf. & persæpè utilitatem simpliciter appellavit, ut *in l. hæredes* 25. *§. si incerto.* 17. *ff. famil. ercisc. in l eum qui* 18. *ff. de injur. in l. proinde* 25. *ad l. Aquil. in l. emptorem. §. qui autem, de act. empt.* semper respiciens puram, & absolutam interesse significationem: ita dixit interesse sine commmodo pecuniario *Iurisconf. in l. Divus*, 24. *ff. de test. milit. in l. si dominus* 2. *ff. de iis qui sunt sui, vel alie. jur.* Hoc in summa fons est, & origo stipulationis, *l. stipulatio ista,* 38. *§. alteri,* 17. *ff. de verb. oblig.* ubi ostendimus etiam illa venire in stipulationem, quę commodo pecuniario carent. Secundò interesse significat utilitatem, sed pecuniæ, ut si dicas utilitatem æstimandam, aut ęstimatam, sive æstimationem utilitatis, eaq; sim-

pliciter plerumque utilitas dicitur, ut non ſit æſtimatio genus, ſed utilitas, quæ aut æſtimatur, aut ęſtimata eſt, *l. ſi ſterilis,* 21. *§. cùm ger venditorem* 3, ff. *de act. empt. l. quòd ſi Epheſi* 4. *in princ.* ff. *de eo quod cert. loc.* cum aliis, de quibus infra agetur in dividendo intereſse.

2 Itaque intereſſe excludit æſtimationem rei, id notat Ang. *in l. loci corpus. §.* 1. *ſi ſervit. vind. in l. ſed & loci. §.* 1. ff. *fin. reg. Bal. ſentit. Bart. hîc,* dum definiens intereſſe, dicit illud eſſe æſtimationem utilitatis. Probat hoc quoque manifeſtiſſimè (ut calumniandum non ſit) *l. hæc verba quanti.* 193. ff. *de verb. ſignific. l.* 1. *§. conſiderandum,* ff. *de tut. & rat. diſtrah. l. Titius, de act. emp. d. §. qui autem.*

3 Ex quibus plura ſumuntur, quorum veritas maximè apparebit ex infra dicendis: primùm intereſſe non ſignificare rem debitam (*b*) ut ſenſit Bart. hîc *quæſt.* 1. neque etiam

(*b*) Differt enim intereſſe propriè & ſtrictè loquendo 1. à re ipsâ, *l. ſed mihi* 3. *§.* 1. *ff. commod.* item 2. à rei pretio *l. hæc verba* 193. *ff. de verb. ſignif.* porrò 3. ab æſtimatione ipſa, cujus objectum tantum eſt, nam æſtimatio & res æſtimanda (veluti intereſſe) per

etiam precium rei debitæ, vel sensit glos. ita ut verum non sit, interesse esse æstimationem ejus quod interest, id quod placuit Bar. *hîc in 2. quæst.*

Item per se differunt. 4. à damno vel lucro cessante, quod est causa ejus quod interest, nam interesse ex damno dato vel lucro amisso oritur, *l. un. C. de sent. quæ pro eo quod interest prof.* differt 5. à pœna, de qua *vid. infr. n.* 23. tandem quoque 6. differt ab usura, quia usura certa est ex conventione, *l. quod in stipulatione* 31. *l. tutor* 41. *§. ult. de usur.* vel ex lege *l. eos C. de usur.* Hodie etiam per *Recess. Imp. de anno* 1500. 1577. *item Rec. Dep. de anno* 600. *§.* So viel nun *imò per Recess. noviss. de anno* 1654. *§.* 17. in imperio quique tantum annuatim debentur, interesse autem ab initio incertum est, *l. fin. ff. si quis in jus voc. §. fin. inst. de V. O.* & quincuncem superare potest. Ant. Fab. *in Cod. l. 4. tit. 24. def. 2. n. 1. quem citat Carpz. I. F. p. 2. c. 30. d. 2. n. 6.* Secundò usura versatur circa quantitatem tantum *l. socium 60. in princ. ff. pro soc.* interesse verò propriè & primariò circa corpora & species *d. l. un. C. de sent. quæ pro eo quod int.* Denique ejus quod interest petitio & quantitas unica est, usurarum exactiones plures, veluti per singulos annos vel menses. *add.* Menoch. *de A. I. Q. l. 2. cas.* 119. *n.* 22. adhæc interesse in concursu creditorum sortis privilegio gaudet quod secus in usuris. Richter. *de*

4 Item ſumitur,non eſse verum, ſi quis ad rem obligatus ſit, poſse dari fidejuſsorem pro eo quod intereſt. In quo inconſulto reſpondit Corn. *in conſil.249. viſo ſuprà ſcripto, vol,3.* Longè autem melius Bart.*in l. ſi ita fidejuſſorem 42. de fidejuſſ.* exiſtimavit, non poſſe obligari fidejuſſorem ad intereſſe:(*c*) excepto caſu uno, quando ſcilicet factum pro-

priv.cred.cap.7.n.63. Uſuræ quoque jure divino ac Canonico prohibitæ, intereſſe autem non prohibitum,ſed per Canones licitè exigitur Gail.*lib.2. O. 5. n.3.& 15. Joh.del Caſtillo controv.jur.part.2. c.1.n. 13.& 14.*

(*c*) Vulgò controvertitur, an ex mora debitoris principalis fidejuſſor quoque teneatur ad intereſſe,uſuras & reliquas acceſſiones? Quod communiter negatur, cum unicuique ſua mora noceat non alteri, *l. in condemnatione 173. §. unicuique ff. de R. I.* ac propter moram principalis non debet augeri obligatio fidejuſſoris. *l. centum Capuæ 8. ff. de eo quod cert.loc.* præſertim cùm ſit ſtricti juris. *add.hîc* Struv. *Syntag.Exerc.18.th.73. Beim. in tit.ff.de uſur. & fruct. ad l. ſi quis 24. §. cum reus p. m. 276. Buſius Comm.in ff.ad l.centum Capuæ 8.de eo quod cert.loc. Vinn.quæſt.ſelect.lib.2. c.10.* ubi legibus contrariis reſpondent *Hagen de uſu uſurarum c.10.n.143.* niſi ipſe ſit in mora, aut in omnem cauſam fidejuſſerit. *l.*

promiſſum eſſet : cujus quoniam nulla eſt æſtimatio, ſicut neque ſervitutis per ſe, *d. l. loci corpus. §. 1*, creditur ſuccedere ad obligationem intereſſe (*vide ſuprà in libello de mora n. 53.*) pro re. Caſtr. tamen, & Bald. ibi, longius rem producunt : volunt enim non ſolùm contineri caſum facti, ſed eũ quoq; caſum, quando ſpecies ſit perempta. Quicquid tamen illud ſit, quando indubitabile eſt, intereſſe differre à pretio rei, non vi-

de-

quaro 56. ff. locat. Weſemb. *in comm. ad ff. de fidejuſſ. n.* 6. ubi tamen Hahn. *ad h. l.* diſtinguit inter ſtricti juris & bonæ fidei contractum *Qui videatur ibid.* Quamvis rejectâ hac diſtinctione ſimpliciter fidejuſſorem ad intereſſe reique acceſſiones non teneri ex mora debitoris aſſerit Gœddeus *de contrah. & commit. ſtipulat. cap.* 11. *concl.* 10. *n.* 123. *& ſeqq.* niſi fidejuſſiſſet in omnem cauſam expreſsè quod per ſe patet, aut tacitè, quod ex antecedentibus & conſequentibus ex natura negotii & circumſtantiarum conſtabit, nimirum mentem illius fuiſſe quod in omnem cauſam ſe obligare voluerit. Gœdd. *d. l.* quod & eleganter explicat Hagen *de uſu uſur. d. c.* 10. *n.* 144. *& ſeq.* Demùm, fidejuſſor ſimpliciter ſe interponens pro debitore non ad intereſſe, ſed ad uſuras pacto vel ſtipulatione promiſſas ſaltem tenetur. Carpz. *I. F. part. 2. c. 19. d. 8.*

detur neque in facto, neque in specie peremptа fidejussor ad id obligari posse: cùm enim hæc diversa sint, in alio obligaretur principalis in alio fidejussor, contra *l. Græcè* 8. *§. si quis Stichum, ff. de fidejuss.*

5 Sumitur item esse verum, eum qui promisit non petere interesse, non prohiberi petere aut pretium rei, aut rem ipsam. (*d*) Ita sensit Alex. *in cons.* 168. *requisitis, vol.* 2. *quem hic citat Dec.* Sed ante Alex. idem sensit Bal. *hîc* & rectè. In quo tamen animadvertendum est, si aliunde colligi possit contrahentium voluntas: sequimur enim in contractibus potius quod actum est, quàm quod dictum est, *vulg. l. sed Celsus*, 6. *§. si fundus ff. de contrah. empt.* & ideò in *rub. C. de contrah. empt.* admonet nos, ne quod verbum patiamur esse in contractibus otiosum: † & ita respondit Andreas Siculus *relatus hîc à Dec.*

Ma-

(*d*) Suprà n. 3. enim ostensum, quòd interesse differat à re ipsa,

† In contractibus nulla clausula, imò nullum verbum debet esse otiosum & sine virtute operandi *l. si stipulatus* 4. *ff. de usur.* Gail. *l.* 2. *obs.* 28. *num.* 4.

Mala ergò ratio est, qua nostri utuntur, & præcipuè Aret. *cons.* 83. interesse intelligitur esse comprehensum pacto, quia idem est cum re, aut cum pretio rei. Mementote extensionum (*in principio l.* 1. *de vulg. probavit extensionem ab impotentia ad voluntatem fieri non posse.*) atque stipulationis (*In rubri. de verb: obl. tenuit stipulationẽ esse à jure gentium & alia contra quæ inopinata initio visa sunt.*) utrunque enim ab initio & durum, & absonum existimastis: quæ tamen ex cursu interpretationis manifestissimè probata fuerunt. Hoc item quod veluti prima mensa est, hoc est olera, & poma; postea dum progrediemur, verissimum esse invenietis. Secunda hæc significatio (*e*) est ea, de qua loquitur lex nostra unica. 6

In interpretanda ergò lege, non potest hîc commodè proponi thema, aut facti species; (*f*) traduntur enim initia id quod est 7

(*e*) vide suprà num. 1.

(*f*) notum est legum textus non esse semper ejusdem generis & non omnes in universum concurrunt hominum facta actionesque, plerique dicuntur *reales* & continent materialia utpote decisiones juridicas; nonnulli verò appellantur *doctrinales*, quique

eſt perpetuum ut in diviſionibus, & in definiendo: veluti *in l.* 1. *in l. juris gent.* & aliis deinceps, *de pact. in l.* 1. *de verb. oblig.* atque ſimilibus. Videndum eſt itaque per partes, quid ſibi velit lex.

8 Tria enim in ea proponuntur: *unum* fuiſſe dubitatum ab antiquis de eo quod intereſt. *Aliud* certis caſibus duplum non egredi, certis excedere. *Noviſſimum* eſt quæcunque dicuntur noſtra conſtitutione tàm pertinere ad damnum, quàm ad lucrum.

9 Quantum ergò ad primum, dubitant noſtri, de quo dubitaverint veteres. Res eſt per ſe curioſorum potius, quàm Interpretum: non enim multum habet utilitatis: veruntamen qualis articulus eſt, pauciſſimis nobis eſt tractandus.

Gl. ex verb. *productæ*, de duobus dubitaſſe veteres exiſtimat: unum eſt, an intereſſe comprehendat id quod circa rem eſt, an etiam quod eſt extra rem: alterum, an damnum ſolum comprehenderetur ab eo quod

quique exhibent formalia ut definitiones, deciſiones, aliaque ad artem docendi ſpectantia, ex quibus caſus ſpecialis ſive facti ſpecies haud formari poteſt.

quod intereſt, an etiam lucrum. Neutrum horum eſt probabile; nam quantum ad primum, videmus eam diſtinctionem fuiſſe veteribus notam, *dict. §. cùm per venditorem*: & præterea verbum nullum legimus hac conſtitutione, quo ſignificetur, id fuiſſe in mente Imperatoris. Conſuevit autem ille aliter, ut patet *ex l. quidam filium ſuprà de fideicomm. l. ambiguitates, 2. C. de ind. vid. tol. l. ultim. de verb, ſignificat. l. cùm quæſtio, de legat. l. ultim. de iis quib. indig. l. unic. C. de cad. toll.* cum mille aliis ſimilibus. Secundum verò (ne laboremus in re non neceſſaria) reprobatur à verbis legis noſtræ: ait enim lex de lucro, & damno loquens, veteres ex eo id quod intereſt ſtatuiſſe probatur *in l. ſi commiſſa, 13. ff. rem rat. haberi, ubi gl.* Crebrius creditur fuiſſe dubitatum ante hanc legem de duplo, tanquam ſi illud incognitum legi fuiſſet: idque ferè conſtat inter omnes.

Contra hoc opponuntur duo: Primò opp. text. *in l. Titius, juncta lege proxima ff. de actione empt.* Secundò opp. *l. 3. in fin. de eo quod cert, loco*: ubi in actione, de

de qua agitur eo titulo, quæ arbitraria evadit, venit intereſſe ſuprà modum uſurarũ, modus autem uſurarum dupli eſt, *l. ſi non ſortem* 26. *§. ſupra duplum*, 1. ff. *de condict. indeb.* ergo in aliis duplum non excedit. Duæ dantur ſolutiones, ne quisquilias omnes gloſſarum noſtrarum referam: una eſt antiquatam eam legem à *l. idemque illi conjuncta*, *& proxime*, ex illis verb, *Si ſciens quis alienum vendiderit omnimodo teneri debet*: itaque ſenſit Bart. *opp.* 8. *primæ partis.* Idem tamen à prandio aliter ſenſit, quæ ſecunda ſolutio eſt: creditur enim ille caſus eſſe ſingularis, & mirabilis. Hanc ſolutionem omnes amplectuntur, cujus rationem reddit Salyc. *oppoſ.* 17. quia ſcilicet factum emptoris non debet gravare venditorem, *l. ſi dictum* 56. *§. ſi compromiſero* 1. ff. *de evict. l. emptor*, infrà eod.

Noviſſimi reprehendunt rectè hanc rationem: factum enim emptoris minimè venditori nocet, quando conjunctum eſt cum evictione: veluti quando res evincitur, ſi ad arbitrium eat: tunc enim ſua voluntate factoque ſuo transfert rem in dominum. Sed quando nihil factum pertinet

ac

ad evictionis causam, aliud est dicendum ut ecce, in area aliena vendita *in d.l.idemq*; agit enim emptor non possidens contra venditorem, quamvis facto suo meliorem fecerit aream, & utiliorem domum insulamve ibi ædificando. Neutrum tamen horum videtur esse verum: nam correctio legis vitanda est, præsertim si eo continenti fiat, *vulg.l.non ad ea*, 89.ff.*de condit.& demonstr.* & id quod dicitur in *d.l. idemque*: in omnibus scilicet casibus, refertur ad distinctionem possidendi, vel non: quod autem de duplo lege præcedenti dictum fuerat, perpetuò manet. Joann Fabri. hìc existimat esse correctam à lege nostra *d.l.Titius*. Sed fallitur: nihil enim antiquatur *hìc*, sed statuitur, ut ex cursu interpretationis facilè intelligetis. Neque dicamus casum illum esse singularem: quia non potest reddi bona diversitatis ratio, cur idem non sit dicendum in omnibus paribus causis. Dec. nititur respondere *legi* 3. sed valde leviter. Primum enim ait, si ita ratiocinemur, posse similiter dici, in eam actionem venire solam interesse. Sed longè est & interesse per

se,

ſe,& quantitatis diverſa ratio: nam intereſſe ſemper debetur ubi adeſt, modus autem incertus eſt,& indeterminatus. Ideoque ſi in illa actione arbitraria duplum ſuperat, in aliis duplum non excedet. Reſpondet item, *eam l.* loqui de uſuris, quod valde eſt ineptum: uſuræ enim exemplum ſunt, intereſſe eſt de quo ſtatuitur.

Pura autem,& vera ratio [quantum poſſumus aſſequi conjectura,& ſuſpicione] ea videtur, ante hanc conſtitutionem, in multis caſibus determinatam fuiſſe quantum peteretur generaliter, nuſquam eſſe proditum quatenus, & quouſque excurreret [g] id quod intereſt. Et ideò ne in re inextricabili, & infinita non haberemus aliquid, quò dirigere poſſemus æſtimationem utilitatis, conſtituit Imperator, nihil corrigens, quid nobis eſset inſpiciendum. Verùm quia incertiora quædam erant, videlicet

(g) Cæterum Perez. *in Cod. ad noſtram l. un. de ſent. quæ pro eo quod int.* exiſtimat jam tum ante Juſtinianum veteres ſtatuiſſe ultra duplum in quibusdam caſibus non poſſe exigi *per ll. ibid. alleg.* Juſtinianum autem hanc taxationem & moderationem poſtea ad omnes alios caſus certos extendiſſe.

cet quæ certam habent quantitatem, quæ minimè, subjecit id à se factum fuisse, prout possibile est. Quærendum est itaque, qui sint casus certæ aut quantitatis, aut naturæ.

(*a*) In omnibus casibus.

Demonstrare hìc voluit Imperat. non agi de solis, ac nudis contractibus, sed agi etiam de aliis rebus, puta de maleficiis: (*b*) ita Azo *hîc, & gloss. & ferè omnes*. Cùm autem ait lex: *certam quantitatem vel naturam*; variè hoc acceptum fuit à veteribus. Ante Bart. variæ fuere sententiæ, ut per eum, & per Alber. *hîc*, quas non refero, ne frustra 11

(*b*) Auctor videtur hic ad casus certos quoque referre delicta, indeque quasi pœnâ dupli saltem puniri debeant statuere; A recentioribus tamen ad casus incertos referuntur, in quibus interesse duplum excedere potest, videlicet illa, ex quibus non ad certam pœnam agimus, *l. ait lex* 21. *ff. ad leg. Aquil. l. Prætor* 1. *§. non solùm* 41. *ff. de vi & vi arm. l. qui vas* 48. *in princ. l. inficiando* 67. *§.* 1. *ff. de furtis.* delinquentium enim protervia majori pœnâ comprimenda, quibus non debet licere, aliis gravius damnũ dare sine plenâ ejus quod interest restitutione. Perez. *in Cod. ad l. un. de sentent. quæ pro eo quod int.*

impleantur membranæ : cùm enim nugacissimæ sunt, & tanquam aniles fabulæ referendę Saturnalibus : tùm improbatę sunt & à Barr. & ab aliis.

12 Bartolus ergò ex parte secutus glos. existimavit, quantitatem significare & pecuniam, & corpus : naturam verò genus, tanquam Asinitatem, aut Equinitatem. Certos autem eos esse casus, sive quid certum à se habeant, sive ab adjuncto : nam quando unum ex respicientibus casum certum est, veluti in mutuo & venditione, & locatione, aut pretium, aut res, quamvis ad tradendum teneatur venditor, quod facti est, *l. stipulationes non dividuntur*, 72. ff. *de verbor. obligat.* tamen quia cohæret pretio, certum dicitur esse propter adjunctum. Per contrarium ergò incerti sunt casus, qui neque per se, neque per cohærens, atq; conjunctum certi sunt : ut si tu promittas factum mihi, fabricandam puta insulam, & ego tibi similiter fabricandam insulam promittam, *l. insulam*, 6. ff. *de præscript. verb.*

13 Principiò nusquam à me lectum est, id quod

quod animadvertit Dec. *hîc*, & multi præterea, quantitatem significare aliud, quàm quod pondere, numero, mensura constat: nam *in l. stipulatio, 21. ff. de nov. oper. nunc. in fin.* apparet significari à quantitate æstimationem: *in l. certum, 6. ff. de reb. cred.* & species & quantitas distinguitur: idem *in l. planè 34. §. si eadem res, in l. talis scriptura, 36. in fin. ff. de legat, 1.* Quantam verò nostri interdum aliter acceperunt, ut *in l. quisquis, 95, ff. de legat. 3,* in *l. cum stipulamur, 97. ff. de verb. signific.* Quantitatis autem significatio nullibi invenitur, nisi pro iis quæ functionem recipiunt in genere suo. Et ideo cùm pecuniam solam indicare voluit lex, consuevit dicere pecuniæ quantitatem, ut *in l. 1. C. de action. & obligat.* Præterea naturæ verbum ad genus referre mihi novum est: neque tàm bonus est verborum auctor Bart. ut ad illius barbaram phrasin accommodandæ sint leges. Præterea etiam si natura genus significaret: quomodo erit certum tunc, cùm inter omnes constet genus esse incertum, *l. cum incertus 13, de leg. 1. l. hæredes, §. si incerto, ff. fa-*

mil. ercisc. Item text. noster dicit, eos esse casus certos, qui habent certam quantitatem, vel naturam. Quamobrem si eos addas qui ex adjuncto certi sunt, erit certa species incognita (ut ex verbis apparet) Justiniano, quem nisi extarent egregia Bartoli commentaria, intelligere non possemus: ante illum enim nemo eorum, quorum libri extant, adjuncti hujus mentionem ullam fecit. Ad postremum quicquid hoc est, totum est à capite Bartoli sine lege. Vos autem omnia rejicere debetis, quæ lege carent. Quinimo nostri immemores eorum quibus passim ad utrunque utuntur, veluti calceum ad duos pedes, alibi dicunt esse erubescendum sine lege loqui. Alciat. Bartolò addicit illum secutus in cæteris, per naturam significari accidens non expressum, ut in mutuo propter *c. cum quid. 3. ff. de reb. cred.* Sed vix aliud exemplum invenias hujus interpretationis. Itaque si certum aliquid habet is contractus, ex supervacuo adjectum est verbum natura: si non habeat, secundum legem erit casus incertus. Aut ergò natura

con-

consentit cum quantitate, & per naturam nihil addetur, veluti in mutuo. Aut dissentit à quantitate: quo casu si aliquid operetur, sequitur ut venditio, quæ habet tacitè traditionem, *l. si stipulatus, 4. ff. de usur.* partim certa sit, partim verò propter accidens incerta. Verendum nobis est ne, dum nova prodimus, offendamus; sed quando semel propositum est interpretari leges, & ab illis ne latum quidem unguem discedere (ut dicitur) tentandum est, si quid per nos veritas proficere potest.

Tria ergò sunt hîc verba: certa, quanti- 14
tas, & natura. (*i*) Certum alibi accipitur ut *in l.*

(*i*) Certum illud est cujus species vel quantitas quæ in obligatione versatur, aut nomine suo, aut eâ demonstratione quæ nominis vice fungitur, qualis quantaque sit, ostenditur *l. certum 6. ff. de reb. cred.* incertum autem est, in quo non apparet quid, quale quantumque sit id, de quo agitur, *l. ubi autem 75. de V. O.* Quantitas, ut rectè statuit autor hic, est res fungibilis numero, pondere vel mensurâ constans, *vid.* Umm. *in Proc. D. 21. n. 63.* Rei fungibilis æstimatio vel pretium dicitur Perezio *in Cod. ad l. un de de sent. quæ pro eo quod inter. n. 5.* Natura verò post diversas in jure significationes hoc loco tantum de-

in l. stipulationum, & in l. ubi autem, 75. ff. de verbor. oblig. Alibi autem certum est à cernendo, quod patet, quod appareat, quod est manifestum. Hinc dictus est hæres certus Ulp. *in l. quoties 9. §. si quis nomen, 8. ff. de hæred*

notat certam speciem seu corpus ut individuum vid. Strauch. *Diss. Theor. pract.* 18. *th.* 20. Proinde in casibus certis, qui certam habent quantitatem, vel naturam, *i. e.* quorum obligatione certa species & res continetur, interesse duplum non excedit. *d. l. un. C. de sent. &c.* in quo duplo simplum *i. e.* res ipsa principaliter debita vel ejus pretium, inest *l. 1. in princ. l. Titius 43. in fin. ff. de act. empt.* pretium autem intelligitur, de quo inter contrahentes conventum est sive quo res reverà empta non verò quatenus pluris vel minoris venire potuisset. Giphan. *ad d. l. un. C. de sent. &c. Perez. hic.* v. g. res empta 10. florenis, interesse non potest excedere viginti florenos, licet nunc forte res valeat quindecim flor. Sed si quæratur an quoque simplo sive vero rei pretio æstimatio accessionum superaddi possit, ita ut emptor harum ratione quoque duplum consequatur? Neg. qua ratione vid. Umm. *Proc. d. D.* 21. *n.* 64. Propter dolum autem & delictum interesse ultra duplum æstimari potest, verba enim *in certis casibus d. l. unic.* in terminis contractuum tantum concepta sunt Umm. *d. l.* Perez. *ad d. l. un. n.* 11. & *n.* 20. Hactenus intellectis casibus certis haud ignorari poterant qui incerti sunt, contrario enim modo se habent, nam il-

red.instit. hoc est, qui indubitabili signo est demonstratus: ita dicuntur certi anni *in l. si certis, C. de pact.* nam aliter omnes anni idem substantia sunt cum reliquis. Ita dicta est certa injuria *in leg. prætor 7. §. quod autem, 4. ff. de injuriis.* id est, quæ non vagatur, sed nominatim est demonstrata. Certum igitur ita hîc dicemus quod scilicet apparet, quod demon-

stra-

lorum obligatio, neque de certa quantitate, certa specie vel corpore, neque facto certo pretio æstimato, concepta est; illius ordinis sunt obligationes faciendi simpliciter contractæ, item interdicta omnia ut restitutio operis vi aut clam facti *l. semper 15. §. in hoc ff. quod vi aut clam.* possessionis turbatio *l. 1. §. 31. & 40. ff. eod. l. 3. §. ult. ff. uti possidetis.* Huc spectant quoque delicta, *de quibus suprà ad n.* 11.

In hisce omnibus incertis casibus lex certam formam præscribere nequit, quia illorum diversa conditio non admittit æqualem dispositionem, nec etiam ibidem de simplo constat, quare de ejus duplo agi nequit, ideoque omne damnum omneque id quod actori verè abest, in æstimationem interesse venire debet, *d. l. un.* adeò ut duplum excedere possit. Ferrar. *Prax. Aur. tit. 2. gloss. 24. n. 9.* imò licet debitũ principale decuplo exsuperet nihilominus totum præstãdum sit. *l. Julianus 13. in prin. ff. de act. empt. l. sed & si 12. ff. ad leg. Aquil.* Strauch, *d. Diss. 18. th. 21.*

ſtratum eſt, quod quaſi cernitur. Quantitas autem, ut ſuprà diximus, complectitur omnia, quæ functionem recipiunt in ſuo genere. Hinc mutuum certum eſt. Natura verò præter alias ſignificationes, ut per *gloſſ. in §. conditiones, inſt. de verb. obl.* demonſtrat id quod cuique rei inſitum eſt, atque innatum: Apum & Pavonum fera natura eſt, *Inſt. de rer. diviſ.* natura eſt cavillationis, de qua *in l. ea natura, ff. de verb. ſignific.* quædam non admittunt natura diviſionem: quædam verò admittunt, *l. 2. §. 1. de verbor. oblig.* legatum penes hoc habet natura, ut ſtatim debeatur, *l. ita ſtipulatus* 115. *§. Sabinus ff. eod.* hinc ſtipulationes omnes ſunt cautionales natura, *l. 1. de præt. ſtipul.* Talia infinita colligere eſt facilè, ſemel demonſtrato loco. Ergò, ut ad rem noſtram redeamus, ea dicuntur habere certam quantitatem, quæ id continet, quod functionem in genere ſuo recipit. Ea naturam certam, quæ determinatum habent tanquam ſi dicas ingenium. Superioris exemplum eſt in mutuo, in locato, in vendito: hîc enim ſemper quantitas adeſt certa, ad quam refertur res,

ut

ut poſtea dicetur : traditio autem conſequens eſt conventionis neceſſarium, non autem comprehenſum conventione. Poſterioris exemplum eſt in depoſito, & l. Aquilia : habet enim hoc natura depoſitum, ut idem reddendum ſit. Quamobrem ſi depoſita pecunia uti poſſim, tanquam mutua, egreditur ea res notiſſimos depoſiti terminos, *l. Lucius* 24. *l. die ſponſaliorum*, 25. ff. *depoſit.* Idem eſt in l. Aquilia : nam de homine, & pecude retrorſum reſpicit æſtimatio : quanti plurimi eo anno fuit : ſi verò alia quanti plurimi intra triginta dies, *l. lege Aquilia* 2. *l. ſi ſervus ſervum*, 27. *§. tertio autem* 5. ff. *ad l. Aquil.* Concludendo igitur quidam caſus certam habent quantitatem : quidam habent certam naturam : quidam neutrum horum. In promptu nunc eſt, hæc collocupletare exemplis , & ſingulos caſus ſub incudem revocare.

(*b*) Veluti in locationibus & venditionibus.

Ex his intelligimus hæc omnia exempli 15
eſſe : & ideo plura comprehendi noſtra

con-

constitutione, quàm quod exemplis propositum est: ut hinc excludatur nugacissima quorundam interpretatio existimantium, solos contractus (k) determinari à lege nostra: sed si contractus pro exemplo sunt, ergò alia quoque respicientur à lege, *l.* 1. *§. quòd vulgò ff. de vi & vi arm.* cum similib. Ideoque ait Julianus in *l. Prætor 3. ff. de collat. bon.* quod dico exemplo manifestius fiet.

Neque verum est, quòd ubi plurima sunt exempla, ea convertantur in regulam, ita ut nihil contineatur regula, præter præposita exempla, [†] *l. nunquam plura, 2. ff. de priv. del.* nam malè diceret *l. nunquam*; si certos casus duntaxat haberet: & repugnat *l. licet, §. 1. naut. caup. stab. rec. rest.* possunt enim esse innumerabilia exempla quibusdam tamen esse

(k) Ex delictis debetur quoque interesse, *vid. suprà ad n.* 11. tum etiam huc spectant interdicta, *conf. præced. n.* 14.

(†) Exempla enim declarant & illustrant non restringunt regulã, & lex generaliter loquens, generaliter quoque intelligenda licet fortè unius speciei exemplo utatur, *l. regula 9. §. si quis 5. in verb. & licet ff. de jur. & fact. ignor.*

esse contentus Jurisconsul. ut idemmet dicit *in l.ita vulneratus.51.§.multa ff.ad l.Aquil.* patet ex *l.stipulatio,§.si stipuler,de verb.oblig.* ubi multis exemplis constituitur regula, & tamen idem est in quibuscunq; similibus. Ubi autem lex nostra dicit: omnibus contractibus,propter illam notam universalem comprehendere voluit tàm nominatos, quàm innominatos,tàm bonæ fidei, quàm stricti juris, ut nullus omninò excipiendus sit,*vulg.l. Iulianus, de leg.3.l.à procuratore,suprà mand.*

(c) Dupli.

(*l*) Dupli simplum est necessariò: quemad- 16

(*l*) Quid sit simplum & duplum declarabitur *infrà n.* 24. Quando autem dicitur in præsenti *l.un.* quod interesse in casibus certis dupli quantitatem minimè excedere debeat, quæritur quid hodiè obtineat; An interesse sive loco ejus quod interest, usuræ,ultra duplum sive alterum tantum currant ac licitè peti possint. Negativam tenet Carpz.*in I.F.p.* 2. *c.*30.*d.*26.exceptis quibusdam casibus in *seq.def.*28. Facultas autem Juridica Lipsens. disting. an creditor fuerit in mora exigendi & ultra alterum tantum peti negat.Si autẽ debitor fuerit in mora solvendi,tum ultra alterũ tantũ peti posse existimat.*vid.*Strauch.*diss.* *Theor.*

admodum evenit in omnibus se invicem necessariò respicientibus, uxore, viro, liberis, parentibus, instrumento relato, & referente, *l. in testamento*, 27. ff. *de cond. & demonst. l. quidam testamento*, §. *si tibi. de leg.* 1. Itaq; quærendum est hîc, quidnam simplum sit hujus

Theor. p. m. 18. *th.* 16. haud diverso sensu disting. Richter. *de priv. cred. cap.* 7. *n.* 24. Placuit quibusdam hîc distinguere inter usuras planè non solutas, sed summatim restantes, & inter eas quæ annuatim jam solutæ sunt. Hoc posteriori casu tantum posse sortem excedere, tradit Sand. *l.* 3. *tit.* 14. *def.* 5. *ita scil. in Senatu Frisico judicatum esse.* Verùm fusè non minus ac eleganter hac de re scripsit Hagen *de usu usur. c.* 5. *n.* 140. *& seqq.* ubi tandem decidit, *n.* 162. cum usuræ hodie non ut usuræ sed ut interesse publicâ lege taxatum exigantur, jus vetus non attendi sed quamdiu duret mutuum, & creditor perseveret in mora, tamdiu præstari usuras, etiamsi ad centum vel mille annos duraret obligatio, idque experientia quotidiana non solum comprobet, sed & juris ratio confirmat. *add. hîc Zang. de Except. p.* 3. *c.* 25. *n.* 30. *& seqq. Berlich. p.* 2. *concl.* 38. *n.* 35. *& seqq.* Secundum sententiam hanc in Camerâ Imperiali itemque in Curiis inferioribus ac in Facultatibus Juridicis pronunciari solet & debet. Cothm. *vol.* 4. *R.* 38. *q.* 4. *in fin.*

jus dupli. Sed quemadmodum non Imperiti medici prius adimunt impedimenta naturæ: deinde illam adjuvant ad expellendum morbum; ita paucissimis duæ opiniones vulgatæ refellendæ sunt: unam explosimus in rubri: alteram ab initio nunc tractabimus.

Diximus suprà aliud esse rem, aliud æstimationem rei, (m) aliud interesse. Rem verò differre ab æstimatione sua probat egregio argumento Bal. *in c. quanto, de jurejur. in* 17

an-

(m) Quanquam interesse largius sumptum, præter id, quod specialiter nostrâ interest, significet quoque rei vel facti pretium sive æstimationem, fructus atque usuras *l. si servum* 33. *ff. ad l. Aquil. l. ult. ff. de stipul. prætor. l. stipulatio* 38. *§. alteri* 17. *ff. de verbor. oblig.* scilicet in casibus incertis *l. si vendidero* 80. *princ. ff. de furt. d. l. ult. ff. de stipul. prætor. add. supr. n.* 1. In strictiori autem significatione hæc omnia excludit *conf. suprà n.* 3. & quidem in specie interesse non potest esse idem cum æstimatione, nam id quod interest per æstimationem demum taxatur *l. si ita fidejussorem* 42. *ff. de fidejuss. l. tantum quisque* 88. *ff. de verb. sign.* & interesse æstimationis objectum est; Per quem modum redditur certum, differunt autem modus & res ipsa, & æstimatio non minus ac adjudicatio differt ab eo quod interest.

antepen. quæst. nam si æstimatio idem esset quod res, sicut res non mutatur, aut loco, aut tempore: ita non mutaretur æstimatio ejus quod tamen falsum est: nam eadem res interdum vilius, interdum carius emitur, pro tempore, & loco, *l.* 3. *in fin.* ff. *de eo quod cert. loc.* tenet quidem locum rei, *l. promissor hominis*, 23. ff. *de constit. pecun.* & occupat certas ejus qualitates, ut diximus *in l.* 2. *in fin. de verb. oblig.* Veruntamen res manet semper, eadem æstimatio subinde variat: eadem autem æstimatio aliud est, quàm interesse, *l. in furti.* 50, *l. qui tabulas*, 27. *in princ.* ff. *de furt. l. nummis, de in lit. jur. l. un. in fin. si quis jus dicenti non obtemp.* cum aliis, ut per Dyn. *in reg. mora, de reg. jur. lib.* 6. unde transtulerunt ferè omnia nostri in suos commentarios. Præcipuè autem ille probare putat ex *l. hæc verba*, 193. ff. *de verb. signific. ex l.* 1. §. *considerandum, de tut. & rat. distrah.* quas leges ita inducit Dyn. æstimatio, & interesse indefinitè ibi accipiuntur, ergò æquipollent universalibus, nempe *in l. si pluribus, de leg.* 2. cum similibus, ergò paria sunt ac si dixerit Jurisconsultorum omnis æsti-

matio diverſa eſt ab omni intereſſe. Cùm ergò ea voluerit differre Juriſconſult. meritò confitendum eſt, niſi obſtinatè poſitionem tueri velimus, differre intereſſe ab æſtimatione rei: adnotavi ſupra obiter ad eam rem *l. Titius, de actionib. empt.vend.* Ex quo non videtur verum quod dicit Dec. leges quæ differentiam ponunt inter æſtimationem, & intereſſe loqui de intereſſe, puta ſingulari, & æſtimatione communi: vel è contra, aut de intereſſe convento, & æſtimatione communi, vel ſingulari, & è contra: nam ſi nulla æſtimatio eſt intereſſe, & nullum intereſſe æſtimatio, non benè ratiocinatur Dec. Unum eſt quod obſtat egregiè, text. ſcilicet *in l. 2. in fin. qui ſatisdat. cog.* nam qui promiſit judicio ſiſti, eſt obligatus ad intereſſe, *l. quoties ff. de verb.oblig.* & tamen obligatur ad æſtimationem veram, quæ nihil eſt niſi pretium rei. Hoc ſanè rectè concluderet, ſi ibi res eſſet æſtimabilis: ſed cùm factum habeat æſtimationem pecuniæ,hoc eſt, id quod intereſt, qui dicit veram quantitatem in factis, dicit

dicit intereſſe : & idcircò quanti ea res eſt aliquando intereſſe ſignificat, *l. qui reſtituere 68. ff. de rei vind.* Hoc autem facilius apparebit infrà, ubi latius de factis diſtinguemus, neque differetur res diu : tribus enim diebus, ut puto vos dimittam.

18 Noſtri *hîc*, quantum ad diviſionem ejus quod intereſt, ſicut pretii, ita intereſſe conſtituunt tres ſpecies ; de communi & ſingulari conveniunt.

19 Singulare autem duplicem habet cauſam : aut enim ab affectu eſt : aut ab utilitate, Ab affectu propriè non eſt pretium, *l. libertus qui ſolvendo, 36. ff. de bon. lib.* neque plerumque parit aliud, quàm remedium juris, non autem actionem, ut *in ead. l. libertus, & in l. ſi in emptione, 35. ff. de minorib.* Unus tamen caſus invenitur amœnitatis *in l. competit 16. ff. quòd vi aut clam*, quam citat *gl. in vulg. l. ut pomum. de ſer. ruſt. præd.* Ab utilitate verò ſingulare intereſſe eſt propter vicinitatem, *l. ſi cui fundus, 54. ff. de leg. 2.* poſſunt enim plures fundi ineſſe eadem opera, eodemq; viatico : poſſunt haberi ſub iiſdem actoribus, aut procuratoribus : minor eſt

ſum-

ſumptus ſuppellectilis, inſtrumentorum, atque ſervorum: plurimum enim intereſt in unum locum conferas homines, & inſtrumenta, an in diverſa diſpergas. Extat de ea re egregia Cecilii *epiſtola lib.*3. In his ergò conſentiunt omnes. In convento aliter ſenſit gloſ. aliter Bart. & alii. (*n*)

Gloſ.

(*n*) *Ad num.* 18. 19. & 20. Innumeræ apud interpretes inveniuntur ejus quod intereſt diviſiones, quæ tamen inſpectâ rei veritate ad paucas referri poſſunt; rejectis itaque aliis, ut illius in æſtimabile, & non æſtimabile, itemque petibile & non petibile &c. quæ multis modis demonſtratione facta vitioſæ dicuntur Umm. *in Proc. D.* 21. *n.*60. inter nobiliores conſideranda eſt. 1. Ejus diviſio in intrinſecum & extrinſecum, de quâ videas *infrà ad n.*28. Porrò 2. diſtinguit ſolet in commune; conventum & ſingulare. *Ioh.del.Caſtill. contr.jur.part.*2.*c.*1. *n.*23. Commune deſcribunt Dd. quod ſit id quod communiter ab omnibus æſtimatur & ſic communis æſtimatio rei vel damni, quod apud unum non plus aut minus valeat, quam apud alium; Schneidew. *ad Inſt.§.ult n.* 18. *de verb. obl.* Sivè dicitur id, non quod omnibus accedit, ſed quod ſimiliter omnes, ac unus, perpeſſi fuiſſent, ſi in eandem neceſſitatem incidiſſent. Maſcard. *de Probat. vol.*2. *Concluſ.*932.*n.*2. Singulare dicitur quando rei utilitas non attento communi valore ſeu quanti

20 Glos. putavit interesse conventum nihil esse nisi conventum precium, *§. precium, Inst. de empt.* Hoc non displicuit Bar. matutino: vespertinus autem existimavit, interesse conventum esse pœnam pro interesse promissam, *l. ult. de præt. stip.* Vidit Dec. hæc non esse

res reverà est, sed ex speciali ergà rem affectione æstimatur. Schneidew. *d. §. ult n.* 19. in quo affectus & certa rei vel personę ratio versatur Mascard. *d. Concl.* 932. *n.* 3. Conventum est cum certa summa loco ejus quod interest promittitur, veluti ut centum præstes, si dato pretio, statim rem emptam non tradas. Schneid. *d. §. ult. n.* 17. *Mascard. d. l.* atque hoc in jure vocatur pœna *§. ult. Inst. de V.O.* Verum rectè Autor *in seqq. præcipuè n.* 22. *&* 29. unicum videtur statuere interesse, in quo & recentiores plerique ipsi assentiunt, vid. Strauch. *Dissert. Theor. Pr.* 18. *n.* 18. Wesenb. *in Exerc. ad R. I. l.* 24. *n.* 4. Hagen *de usu usur. c.* 5. *num.* 202. *remissivè Vmm. d. D.* 21. *n.* 58. ubi conventum & singulare affectionis excludit. Enimverò Singulare ultrà communem æstimationem intuitu affectionis nullum datur; *l. si servum* 33. *ff. ad L. Aquil. l. pretia.* 63. *ff. ad L. Falc. l. ult. §.* 2. *ff. de oper. serv.* vid. Strauch. & *Vmm. cit. loc. ut & Beima d. tract. de eo quod inter. th.* 2. ubi contrariis textibus in *l.* 35. *ff. de minor. l.* 54. *mand. l.* 7. *de serv. export. l.* 36. *de bon. libert.* communiter respondent, quod affectio in illis sit causa actionis.

esse genera, & excusavit nostros tanquam crassius aliquando distinguentes, exemplo possessionis, cujus tot sunt genera, quot modi possidendi, *l.3.§.genera ff.de acquir.p.s.* Conventionales item stipulationes tot habent species, quot acquirendi modos habemus, *l.5.§.conventionales, ff. de verb. oblig.* Plebiscita, leges, & Senatusconsulta differunt specie, & vim tamen parem habent. Mirum tamen est, hanc tàm acutam divisionem nō sensisse veteres, cum ejus nulla usquā sit facta totis legibus saltē significatio aliqua.

Quomodo accipiantur precia, (*o*) nisi aliter consentiant contrahentes, video esse 21
consti-

ris, non verò ejus objectum; sivè quod idem est. Affectio concedat actionem ad id quod interest, non ad id quod ex affectu interest, ita ut æstimationem sivè condemnationem non augeat. Conventum, cum nihil aliud sit quam pœna, *§. ult. Inst. de V.O.* pœna autem & interesse differant, nullum esse potest; Sed eorum veritas ex ulterius dicendis, *num.seq 22.&* 23. patebit. Cæterum quamquam hæc divisio vix defendi possit, magnam tamen habeat usum in praxi, autor est Beima *in d.tract. sing. de eo quod interest* *cb.2.*

(*o*) Interesse à rei pretio differt *l. hæc*

 verba.

constitutum, *l. precia rerum*, 116. *ad l. Falc. l. si servum* 63. *ff. ad l. Aquil. cum similib.* Sed ea precia non differunt nisi quantitate: in pluri autem, & minori non est differentia specierum, *l. ult. ff. de fundo instr. inst. leg.* quod si plus, aut minus differentiam facerent precii, aut interesse, quoniam ex varietate locorum, & temporum hæc variantur, esset quoque distinguendum precium, & interesse Avenionense à Lugdunensi, & Parisiensi: idque gravius sentitur ab iis, qui egent pecunia, quàm scriptum sit à nostris. Diversa sunt quæ dicuntur de possessione, & similib. nam differunt specie, & ad duo reducuntur facilè, ad acquisitionem civilem scilicet, & jurisgentium: idemque est de reliquis. Neque dicat aliquis, repugnare precii quasi triplicitatem: nam eodem modo possumus dicere, non inveniri nisi unum precium. Cum

verba. 193. *ff. de verb. sign. l. Qui tabulas* 27. *in prin. l. in furti actione* 50. *in prin. ff. de furt.* nonnunquam enim intra pretii quantitatem, interdum verò ipsum pretium excedit & egreditur *l.* 1. *in prin. ff. de act. empt.* Hinc est, quod is qui promisit non petere interesse, non prohibeatur petere rem ipsam vel ejus interesse *vid. Autor suprà n.* 5.

Cum enim æstimata res est, illud sequimur, in quo est æstimata: cum verò æstimanda est, non possumus sequi quod non est, hoc est, factam æstimationem. Sequimur itaque communem æstimationem, *d.l. precia*, *d.l.si servum.* Et ferè invenietis, quod nostri singulare appellant, esse commune certi generis, veluti amœnitas *l. competit* 16. *ff.quod vi aut clam*: erat enim illud interesse umbræ, de qua vectigal pendebatur, auctore Plinio: idque interesse erat commune omnium nobilium; sicut interesse est commune omnium vicinorum, pro portione vicinitatis, habere agrum proximum, *d. l. si cui fundus* 54. *de leg.*2. Communis tamen opinio contrarium habet, eaque præcipue duobus nititur. Præcipuum illud est, quia interesse debetur ex promissione judicio sisti, *d.l. quoties, ff.de verb,obli. l.ult. si quis in jus voc. non ier.* quæ citat *d.l.quoties*, cum nominat Celsum auctorem ejus: hoc autem interesse est vera æstimatio, *l.2.in fin. qui satis. cog.* æstimatio autem triplex est: quamobrem quot sunt pretii, tot sunt species ejus quod interest. Non rectè didicit ratiocinari, qui primus est hoc commentus: nam negata triplicitate

pretii, quod est medium concludendi, corruit argumentum. Deinde non est verum, æstimationem veram (†) esse interesse. Non obstat *d.l.2, qui sat. cog.* ut suprà diximus (*Num.17 in fine.*) Alia ratio est: quia in litem juratur ad id quod interest, *l. pen. ff. de in litem jur.* sed juramentum illud excludit interesse, *l. non à Iudice, 64. ff. de jud.* ergo oportet differre interesse quod includitur, & interesse quod excluditur. Cæterum peccat hoc argumentum in cognitione principiorum, de quibus infra de probando interesse dicetur (*Num. 33. & 35.*)

22 Dicite ergò, non si nomina, sed si rationem sequi vultis, interesse aliquando esse auctius, interdum diminutius, sed semper idem esse interesse. (*p*) Et præter ea quæ suprà diximus, non extat interesse conventũ: nam

(†) Quomodo differat æstimatio ab eo quod interest dictum est *supra ad n. 17.*

(*p*) Simplex ac unicum tantum esse interesse cum Autore statuunt & recentiores. Commune enim accuratè loquendo non datur, cum nemo alienam sive communem sed quisque suam privatam utilitatem sive quod sua privative non aliorum communiter interest persequatur, siquidem leges semper se referant ad

nam si sequamur gl. quæ dicit pretium conventum esse interesse conventum, ea repudiatur ab omnibus, & præsertim à legibus supra citatis: aliud est enim æstimatio rei: aliud utilitas.

23 Sin sequamur Bart. & crebrius doctores, qui putant pœnam promissam esse interesse, hoc duobus facilimis argumentis deprehenditur esse minime verum. Primum quia pœna consideratur tanquam diversum ab interesse: nam si æqualia sunt, cessat interesse, & pœna petitur: si sunt inæqualia, petitur utrumque, *l. si quis à socio, 41. ff. pro soc. l. prædia, de act. empt.* Item quæ idem sunt, nunquã se deserunt: ut si idem est folium, quod charta, necesse est ut qui dicit chartam fo-

ad personam actoris sive ejus qui damnum passus est *l. 1. ff. de act. empt. l. quatenus*, 24. *de R. I. l. 3. § si ad plures, ff. de sepulch. violat. aliisque similib.* nec ab æstimatione communi interesse commune commode denominari potest, nam æstimatio differt ab interesse *vid. supra n.* 17. & est tantum modus & extrinsecum quid circa interesse quod genus ejus quod interest variare nequit. Nec 2. datur interesse singulare de quo *supra n.* 18. 19. Nec 3. conventum quoniam nihil aliud est quam pœna *supra num.* 18. pœna autem ab interesse differt. *de* quo *num.* 23. *seq.*

lium ſignificet, *arg.l.Iulianus*, 3. *& l.de eadem*, 5.*ff. de except.rei jud.* ſed pœna conventa poteſt eſſe ſine eo quod intereſt, *d.§.alteri, in fi.* ergò diverſa ſunt. (*q*).

24 Ut autem revertamur, unde neceſſario diſceſſimus: his poſitis, quid ſit ſimplũ (*r*) tripliciter explicatur. Primò ut ſimplum ſit intereſſe commune: ita voluit Bulg. referente *gl.ex verb.pro eo.* Sed hoc eſt cõtra *text. in d.§.ſi per venditorem*, 3.*l.*21.*de act.empt.* intereſse non eſt duplum communis æſtimationis, ut patet. Alii dixerunt ſimplum eſse intereſse conventum: ita *gl.ex verb. dupli.* Sed illud

(*q*) Licet pœna & intereſſe quandoque promiſcuè ſumantur, *l.ult.ff. de eo quod cert. loc.* propriè tamen inter ſe differunt, nam pœna continet certam quantitatem & quidem à partium conventione vel à lege *l.ſtipulatio iſta*, 38.*§.alteri* 17.*ff.de verb. oblig.l. fin.ff.de prat. ſtipul.§.fin.Inſt.de verb.oblig. l.un. C.de ſent.quæ pro eo quod int.* intereſſe verò ab initio incertum, *d.§ fin.l.fin.ff. ſi quis in jus vocat. non ierit.* inſuper pœna promiſſa rectè petitur, licet nihil omnino interſit *d.l.ſtipulatio iſta* 38.*§.*17.*ff.de V.O.§.fin. Inſt. eod.*

(*r*) Duplum ſimpli duplum eſt, & ſimplum in omni actione eſt, quod actori abeſt *l.ſi mulier* 21.*§.qui* poſſeſſio-

illud quoque merito rejicitur: quia l. nostra non haberet locum, nisi ubi esset conventum pretium. Novissimè gl. sensit esse aut hoc, aut illud, quod amplius est: ut si majus est commune, illud sit simplum: sin autem majus est conventum, identidem conventum sit simplum. Ita interpretatur Bartolus, & Bartolum secuti ferè omnes, glossã: quæ tamen mihi hoc non significat. Ejus verba hæc sunt, ut hîc nec unum, nec aliud, hoc est, neq; commune, neque conventum: deinde subjicit, quod plus est, hoc est, quod superat non excedit ultra duplum: quorum verbo-

possessionem ff. de met. caus. & ut jam tum dictum, est ipsa res principalis ejusve pretium vel ipsa quantitas in obligationem deducta *l. 1. in verb. hoc autem l. 43. in fin. ff. de act. empt.* Sic in emptione & venditione simplum est pretium rei venditæ, in locatione & conductione merces conventa &c. & hoc modo duplum de quo hic agitur differt à duplo, quod est extra rem, ut in actione furti, persoluto enim duplo, nihilominus vindicatione aut condictione furtivâ res ipsa peti potest *§. fin. Inst. de obl. quæ ex delict. nasc.* Interesse autem ut patet, in casibus certis qui certã habent quantitatem & naturam, duplum incluso simplo, excedere nequit. *vid. tamen supra n. 16.*

rum hic sensus esse videtur: ut interesse non proponat sibi neque hoc, neque illud, sed qualecunque superet aut commune, aut conventum, non posse superare ultra duplum. Ex hoc colligunt omnes, l. nostram non loqui nisi de singulari interesse: & simplum esse modo commune, modo conventum interesse. Item hinc ducitur secundum nostros, sed (ut videtis) non ita sentiente glossa, ubi sit commune, conventum rejici. De superiore rectè animadvertit Dec. hoc nihil esse aliud quàm angustissimis cancellis circumdare legem latissimam. Neque est verisimile, Imperatorem, qui certi aliquid tradere voluit de eo quod interest, respexisse solùm interesse singulare. De posteriore verò male convenit, ut cesset interesse conventum ad fulgorem quasi communis interesse, cum videamus proposito convento, cessare commune, *d. l. ult. de Præt. stip.*

25 Quamobrẽ, nisi me transversum rapit nimius utilitatis vestræ, & veritatis amor, alius est quærẽdus dupli respectus atq; terminus. Itaq; nihil aliud arbitror esse simplum, (*s*) quàm

(*s*) Quid revera sit simplum, dictum est. *supra n.* 14. & 16.

quàm certam quantitatem, vel certam naturam: veluti in l. Aquil. quanti plurimi eo anno æstimatur servus id certa natura est, idque simplũ erit, ejus quod interest. Ex quo si viginti fuit æstimatus servus plurimi, ad quadraginta id quod interest pervenire potest. Non autem hîc dicitur omnino ad duplum pervenire oportere, sed non posse excedere. Abhorrent hæc sanè ab iis quæ receptissima sunt: sed, nisi fallor, non abhorrent à lege, quæ mihi potior est omnibus traditionibus.

(*d*) Eas tantummodo pœnas.

Argumentum est hoc à pœna: cujus quidem significatio duplex est, (*t*) alia quæ indicat 26

(*t*) Hoc loco nihil aliud est quam certa quantitas vel species, si contra, quam cautum est factum sit, promissa *l.* 4. §. *Cato ff. de V. O. l.* 23. *ff. de Obl. & act. Strauch. d. Dissert.* 18. *n.* 22. Enimverò cum ejus quod interest probatio difficilis sit, optimè sibi consulunt, qui in casibus incertis, loco interesse certam summam pœnæ nomine stipulantur *l. ult. ff. de prat. stipul. l. fin. Inst. de V. O.* Et promissa omnino præstanda est, licet duplum excedat *arg. l. stipulatio ista* 38. §. 17. *ff. de V. O.* Quanquam in mutuo si debitor promisit in certo termino solvere & si hoc prætermittat quod velit (scil.

dicat cujus metu dare aliquid, facereve, cogimur, *l.2.3.4.seq.ff. de eo quod met.caus. d.§.alteri, in fin.* Alia significat noxæ vindictam, *l. aliud est fraus*, ff. *de verb. sig.* itaque hîc accipitur, ut sit sensus, in infinitum, non debere æstimari id quod interest, exemplo pœnarum, quæ aut legibus sunt determinatæ, aut per leges determinandæ, *l.aut facta*, 16: *l.hodie*, 13. *l. respiciendum*, ff. *de pœn. cum vulg.* itaque

(scil.in pœnam) octona vel dena interesse nomine præstare, hoc pactum de jure antiquo valeat ubi certus usurarum modus non fuit, præscriptus *§.non solum 7.Inst.de V. O. l. ult. ff. de præt. stipul.* Hodiè tamen cum certus modus est cõstitutus, ejusmodi promissio reducitur ad quantitatem usurarũ quincunciũ Hartm. *Pistor.lib.3.q.2.n.40. Coler.de Proc.exec.p.1. O.10.n. 99. Maul.Thes.Theor.Pr.tr.de mutuo tit.9.num.24.* Cæterum pœna conventionalis non nisi præcedente causæ cognitione & senteñiâ declaratoriâ exigi potest, cum multa intervenire possint quæ faciant, ut non cõmissa vel licet commissa sit ex æquitate remittenda esse videatur, ut si nihil revera interfit stipulatoris Carpz. *I.F.p.4. c.48. d.7. Philip. Vs. Pr. Inst. lib.3. Ecl.58. Fab. in Cod. lib.7. tit.23. d.2.* ad quam autem usque summam pœna conventionalis ascendere possit, vid. Maul. *in Thes. theor. pract. de Stipul. tit. 8. numer. 4.*

interef-

intereſſe ſimiliter aut duplum non egreditur, ut in certis caſibus, aut ad verum damnum reſpicit.

Poſſent hîc multa de pœna dici, ſed aliena à præſenti negotio, & multa ſuperſunt, quæ propriè ad nos pertinent.

(e) Non ſolùm in damno.

Hoc eſt tertium propoſitum à Juſtiniano hac noſtra conſtitutione, per quod intelligimus, quæ traduntur noſtra lege de duplo, & vero damno comprehendere & lucrum & damnum: (u) intelligite ſi modo lucri, 27

(u) Hinc vulgò intereſſe dicitur damni emergentis & lucri ceſſantis compenſatio. Utrumque autem tam lucrum quam damnum nomine intereſſe venit præſtandum *noſtra l.un. & l. 2. in fin. ff. de eo quod cert.loc l.13.ff.de rarihab.* quamquam non indiſtinctè; ad præſtationem damni enim quilibet moroſus debitor, cujuſcunque conditionis creditori tenetur Gail. *lib.2.O.6. n.2.* lucrum autem ceſſans non debetur niſi mercatori vel negotiari ſolito Rotæ Gen. *de Mercatura Deciſ 50.n.3. Maſcard.de Prob. tom.2. concl.935.n.1. Ioh.del.Caſtillo Controv.jur.part.2.c.1. n.35.ubi tamen in ſeq. aliquot limitationes ſubiungit. Menoch.A.I.Q. lib.2.caſ.119.n.3. & 4.* ita ut nec Nobilis, Doctor, miles vel Clericus ejuſmodi intereſſe præ-

lucri, aut damni habenda ratio est ex legibus veteribus: lata enim est nostra lex ad taxandum, non ad antiquandum. Atque hoc quasi clausula est omniũ pręcedentium.

Damni

se prætendere possit vid. quos allegat Cothm. *vol.2. R.52.n.274.del Castillo d.c.1.n.42.quod tamen limit. n.46.* Gail.*d.O.6.n.3*.ubi hanc sententiam multis pręjudiciis in Camerâ esse confirmatam scribit. Alii quoque lucrum cessans deberi volunt, non tantum negotiari solito, sed quoque specialiter extra hunc casum videlicet cum quis pecuniam destinatam vel ad emptionem prædiorũ vel censuum habebat, vel ad aliud lucrum speratum, quod ideò amisit, quia pecunia suo tempore non est soluta, dummodo per probationem propinquam ostendat creditor, se paratos habuisse vẽditores prædiorum & redituum Mascard. *de Prob. tom.2.d.concl.935.n.24.Ioh. del Castillo controv. jur. p.2.c.1.n.72. imprimis n.45.* ubi pro hac opinione innumeros alios recenset. Contrarium tamen, nimirum simul damni & lucri rationem simpliciter quoad omnes creditores habendam esse, per leges ac rationes defendit Umm.*in Proc.D.21.n.68.ad Coth.vol.2.R. 52.n.292.videtur consentire Carpz.l.F.p.3.c.30.d.8. n.3.& p.2.c.30.d.7.n.6. & def.seq.8.n.12.item d. 10.n.2.* Requiritur autem ad lucrum cessans ut illud fuerit justum nec enim lucrum est æstimandum, quod quis suo jure facere nequit. 2. ut non sit nimis remotum sed propinquum immediatum certum & indu-

bitatum

Damni exempla sunt *in l. Julianus*, *& in d. §. cum per venditorem, l. 21. ff. de act. emp.* puta servorum fame enectorum, tigni venditi corrupti, cujus vitio domus, ejusve pars corruit: pecoris morbosi, cujus cõtagione grex interiit. Lucri exempla sunt non datæ pecuniæ, unde negotiarer, *eo, §. cum per venditorẽ. l. 3. ff. de eo quod cer. loc.* servi occisi, si quid mihi ejus opera acquiri potuit, *l. si servum 33. in fi. ad l. Aquil.* ex illis verb. *Et amisisse dicimur, quod consequi potuimus, l. inde Neratius, 23. §. in summa, 6. ff. eod.* ubi commoda omnia contineri dixit JC. quæ intra annum preciosiorem servum efficerent: hoc diserte explicat *l. si commissa, 13. ff. rem rat. hab. l. si in lege 24. §. colonus ff. locat. l. 2. § merito, ne quis in loc. publ. l. quicquid, supra arbit. tut. l. in quo, 18. ff. locat.* Poterunt multa inde conjungi, quæ sequenti divisione explicabuntur. In his ergo exem-

plis

bitatum 3. ut sit in potestate positum non fortuitum. Perez. *ad d. l. un. C. de sent. quæ pro eo & c. n. 14. &* 15. Lucri & damni exempla videri possunt remissivè apud Joh. del Castillo *controv. d. c. 1. n. 34. & n. 73. Beim. in d. tract. de interesse th. 4. Hagen de usu usur. c. 5. n. 196. &* 197. Cæterum quid hodiè in mutuo obtineat *vid. infra ad n. 31.*

plis videtis & lucrum, & damnum contineri: quæ omnia extra tem lex appellavit, ut alia ſint circa rem: alia extra rem, *d. §. cum per venditorem.*

28 Ita diviſere gloſſæ paſſim: ita vetuſtiſſimi ut Joan. Fabri hîc in Breviario. Bart. poſt Cuneum addidit membrum partemque diviſioni: quoddam enim dixit eſſe intra rem, veluti æſtimationem rei, quę ſemper & cõprehenditur, & petitur, *l. Ratio 3. §. cum per venditorem*, 3. *l.* 1. ff. *de act. empt. l. vinum*, 22. ff. *de reb. cred.*

Quoddam autem intereſſe verſatur circa rem, ſive ex re, ut fructus, & partus, & ſimilia, de quibus vos rejicit ad *l. videamus*, 19. *& l. ſi ſtipulatus*, 4. ff. *de uſur. & l. filius, in fin. de verb. obl.* Ultimũ illi eſt extra rem, puta occiſo ſervo, ſi inſtitutus fuerit hęres, aut legatum illi relictum: citat *l. proinde* 22. *& l. inde Neratius*, 23. ff. *ad l. Aquil.* Veteres melius ſecuti ſunt legem puriſſimam diſtinguentem circa rem, & extra rem: (*x*) à qua quo longius abeas, longius diſcedas à vero. Bart. multis

(*x*) Communiter dividitur intereſſe in intrinſecum & extrinſecum Petri Ferrar. *Prax. aur. tit.* 2. *gloſ.*

multis modis fallitur, & se involvit: primò in primo capite dum dicit interesse esse æstimationem rei: quod supra abunde reprobatum est. Deinde dum dicit, semper æstimationem peti, cum petitur interesse, pu-

*glos.*24.*n.*3.*&* 4.intrinsecum dicunt quod sit ipsa res principalis seu ejus æstimatio extrinsecum vero, quod extrinsecus extra ipsam rem proveniat & quidem dupliciter 1. quoddam cohæreat rei & necessario ex ipsa re proveniat, ut fructus partus ancillæ & similia, 2. quoddam non cohæreat rei nec necessario sed naturaliter ex ipsâ descendat, veluti si pœna commissa vel pignora distracta &c. quia pecunia suâ die soluta non sit ut tradit Joh.del Castill. *Quot.Controv.part.*2.*c.*1. *n.*25.*seqq.* Verum hæc traditio non videtur servanda 1. enim interesse non est res ipsa principalis sed ab ea differt *l.*3.*§.*1.*ff.commod.* qui nunquam in re sive obligatione principali versatur sed extrinsecus obligationi accedit ut ratione moræ *l.si sterilis.* 21. *§. eum per venditorem* 3.*ff.de act.empt.*Porrò 2. interesse consistit in lucro & damno quod occasione rei oritur ergò nequit esse res ipsa *l.si commissa* 13.*ff.de ratihab.*Denique non est rei æstimatio ut dictum *supra num.*17. Quod præterea dicitur extrinsecum esse quod necessariò ex ipsa re-proveniat ut fructus &c statuendum haud videtur cum propriè loquendo fructus & reliquæ accessiones ab eo quod interesse differat. Confer *supra n.*17.

gnat cum eo, quod ab eod. traditum secuti sunt omnes *in l. in re furtiva*, 8. *ff. de cond. furt. in l. stipulationes non dividuntur*, Bartolo, *quæst. 6. de verb. obl.* ubi tradunt, æstimationem nunquam posse peti, nisi re perempta. Item omnes post Bart. *in l. si filiusfamilias* 78. *in §. cum fundum*, 1. *ff. de verb. obl.* tradunt interesse, & fructus differre, quia alia, atque alia forma utrumque petitur: illi enim ut fructus petuntur, hoc ut interesse.

Quamobrem cum aliter petatur æstimatio, tanquam pro re ipsa: ita ut etiam extincta re, rem ipsam petamus, & pretium consequamur, *vulg. l. promissor Stichi*, 21. *ff. de const. pec.* aliter verò petimus interesse, tanquam scilicet utilitatem: sequitur ut qui petit interesse, æstimationem non petat. Secundo loco dum Bart. existimat interesse circa rem comprehendere fructus, & partus, & similia: primùm aberrat ab scopo Jurisconsulti, qui in *d. §. cum per venditorem* dicit, interesse circa rem esse pretium tritici, quod auctum scilicet est, aut diminutum. Idem tamen Jurisconsultus, aut paulò melior Interpres, quam Barto. partus, & hæreditates non appellavit interesse, sed causam, *l. præ-*

terea

terea, 20. *ff. de rei vind. l. equis*, 8. *de usur. ubi glos. in rubr.* & quamvis interesse hæc aliquando appellentur, ut *in l. venditor*, 8. *de evict. in l. qui restituere*, 68. *ff. de rei vind.* id fit absoluta, & simplici significatione.

Et ideò Paulus *in l. proinde si servum*, 22. *ad l. Aquil.* duo proponit tanquam separata: Utilitas (inquit) venit in hoc judicium: & statim subjicit: Item causæ corpori cohærentes: quibus verbis demonstravit causam *l. præterea, & l. equis*. Deinde subjicit exempla primæ positionis, hoc est, utilitatis, & ejus quod interest, quadrigæ, Gemellorum, Comœdorum, Symphoniacorum. 29

In l. autem *inde Neratius* tradit exempla causæ, hæreditatis, & legati. Rectè ergò Bart. ea removit à præsenti contemplatione, quæ causæ sunt, & non id quod interest. Malè verò posuit in eo interesse, quod circa rem est. Ex quibus sequitur, tertium exemplum de hęreditate, aut legato pessimum esse in eo quod interest extra rem: rectè Juriscon. ad negotiationem se retulit, & ad quęstum. Ne verò putetis circa rem, & extra rem genere distingui, idem enim semper

est interesse, sed modo longius excurrit, modo propius continetur ad rem.

30 Quando ergo intelligimus quid res habeat: videamus nunc, quibus casibus extra rem interesse debetur. Glossæ nostræ se uno verbo passim ab hoc extricant: dicunt enim regulare esse quod traditur *in d.§.cum per venditorem*, omnes alios casus esse casus singulares. Veruntamen didicimus à JC. *in l.4.§. Cato, de verb.obl.*vers. *differentiæ*, non satis esse aliquid dicere, nisi ejus reddatur causa. Multi è veteribus, in quibus fuit Bald. *in d.§.cum per venditorem* distinxerunt moram à malefacto traditionis: priore casu excludi id quod est extra rem: posteriore comprehendi. Cæterum *in* §. *merito, & in l.si sterilis,* 21.§.*quamvis,* 2. *de act.empt.*hæc cessant, & tamen interesse petitur. Item hîc quoque reddenda esset ratio, cur ita distinguatur. Bart.hoc accepit & distinxit non factum à malefacto, longam & molestam divisionem instituens, ut & memoriam lædat, & destruat potius, quam instruat intelligentiam. Primum enim singulos articulos singula membra facit: quod est, ut ait Seneca, conscindere, non dividere: & frustra, non membra ponere. Deinde multi casus eandem habent vim, & eundem effectum: veluti si res conjuncta sit, interesse, ad quemcunque perveniat extrinsecum, debetur: & si non perveniat, & non capiat, interesse intrinsecum debetur: & si capiat, aliquando debetur. Talia in divisione Bart. permulta invenias.

Item vitium magnum est, in unam tanquam cave-

em includere, quæ sint diversi generis, ut illud dici possit: Humano capiti, &c.

Maximum item vitium est, dividendo aliquid omittere. Vix anno superiore defendebatur *l.2.in prin. ff. de verb. obl.* quia dicebatur omissa esse stipulatio mixta. Sin autem quæras à Bartoleis, facta an habeant interesse extra rem, se nullo modo explicabunt è sua divisione. Dicamus itaque aliter.

Omnia quæ petunt homines ab hominibus per le- 31
ges, & judicia, quale est id quod interest, aut propter delictum sunt, aut propter contractum: cum dico delictum, comprehendi volo quasi delictum, & interdicta: cum contractum, quasi contractum. Delictorum una est, & perpetua causa: ut quando scelere punibili à lege aliquid fit, is qui deliquit (*y*) mihi omne damnum resarciat, etiam extra rem *l. ait l.inde Neratius, 23.l.penul.ff.ad l. Aquil. l.ult.de via publ.l.in interdicto,6.ff.de vi, & vi armat.l.quidam tabulas, l.inficiando, §.* 1. *de furt.* cum aliis inventu facilimis. Ratio manifesta delictorum est: nam si delicta publicè pœnam merentur, quia homines incommodant, turbantque commercia, par quoque est, ut damnum passo restituatur quod amisit, hoc est, quod consequi potuit, aut erogare cogitur. Contractus autem aliquando exigunt ut fiat, aliquando ut detur: datur in mutuo; (*z*) *l.21.ff.de reb.cred.* datur in duobus articulis innominatis

(*y*) De delictis vid. *supr. n.11.*

(*z*) Hodiè ubique ferè in mutuo ejus quod interest certa quantitas publicè definitá est. Quod de statuto Frisico testatur Sand. *lib.* 3. *tit.* 14. *def.* 3. sic quoque in Imperio nostro universo, si creditor

 quincun-

minatis do ut des, & facio ut des, *l. naturalis*, 5. *ff. de præscrip. verb.* datur in donatione, cujus ea est natura, ut res donata accipientis fiat, *l.* 1. *de donat. l. Senatus*, 35. §. *donatio, ff. de donat. caus. mort.* Primum ergo videamus de factis: quorum quædam accessione quadam veniunt in actionem, veluti traditio: res enim, non factum obligatione continetur, quamvis nequeat expediri res sine facto. Hæc ergo facta, ut ita dicam, accessoria triplicem habent inspectionem: aut non traditur: aut non rectè traditur: aut aufertur postquã est traditum. Aufertur autem aut cum evincitur, vel

quincuncibus usuris in singula centum ex tempore moræ, loco interesse velit esse contentus, tales ipsi sine ullâ liquidatione vel probatione adjudicari debent. *Deputation* Abschied zu Speyer *de Anno 600.* §. So viel nun: Et licet iste *Recess. Imp.* loquatur tantum de mutuo & quidem de usuris à tempore moræ; Usu tamen receptum ut non solum in mutuo sed & aliis contractibus, & non tantum ex morâ, sed quoque compensatoriæ initio contractus promissæ, quincunces usuræ de jure petantur. Hagen. *de usu usur. c. 5. n. 228. c. 6. n. 44. Richter. Dec. 74. n. 5. in fin. Rec Imp. de Anno 1654.* §. anreichend die künfftige Zinß. Quod secundum Generalem verborum dicti Recess. sensum indistinctè tam in mercatoribus quam quibuscunque aliis creditoribus obtinet add. Carpz. *1. F. p. 2. c. 30. d. 2. & 8. Berlich. part. 2. concl. 38. n. 9.* Hisce tamen non obstantibus si quis quincuncibus non contentus, sed majus interesse probare paratus est, ipse admittendus d. Rec. *de Anno 600.* Carpz. *d. p. 2. c. 30. d. 9.* etiamsi de quincuncibus inter partes conventum fuerit Carpz. *d. c. 30. d. 10. Coler. de Proc. Exec. p. 1. c. 10. n. 101. Berlich. p. 2. Concl. 38. n. 10.* Hagen *d. tr. c. 5. n. 227.* Quando autem aliquis in probatione deficit, postea ad beneficium *d. Recess. de Anno 1600.* redire & quincunces usuras petere non potest (dicitur verò electio facta per libelli oblationem Anton. Gabr. *de action. l. 2. concl. 2. n. 23.*) per rationes adductas à Carpz. *1. F. d. p. 2. c. 30. d. 11.* & multis argumentis ostendit Hagen. *d. c. 5. n. 240. & seqq.* licet de super ab initio ante viam probationis electam creditor protestatus sit. Carpz. *d. l. Hagen d. c. 5. n. 260.* quod tamen limitatur si re adhuc integrâ creditor pœnitenti quando autem & qua ratione hoc fieri possit docet Hagen. *d. c. 5. n. 267.*

cum

tum proclamatur in libertatem, vel cum puta conductor non poteſt frui. Quando non traditur, ad id agitur quod intereſt circa rem: cujus rei ratio traditur à JC. *in d.§.cum per venditorem.* A qua regula excipitur unus caſus, de quo in fine dicam. Quando autem traditur, ſed non rectè, gravius punitur qui ita peccat, quam qui non tradit: non tradere enim, unde mora ducta eſt, multas habet excuſationes, *l. ſciendum eſt,* 21.*ff.de uſur.* qui tradit autem ſolam habet culpam ſcientiæ. Et ideo ſi prudens, & ſciens malè tradit, omnimodò tenetur, ſi ignorans, non tenetur extra rem, *l.Iulianus,* 13.*l.tenetur,*6.*§.ſed ſi vas,*4. *l. quicquid,* 27.*ff. de act.empt, l.in rebus*, 18.§. *item qui ſciens,*3,*ff.commod.* Ignorans verò,ut dictum eſt,non tenetur extra rem, niſi in duobus caſibus: unus eſt in doliis vitioſis,*l.ſed addes,*19.§.1.*ff.locat.cond.*ob eam fortaſſe cauſam, (*a*) quia infuſa ſi effluant, aut vitium à ligno accipiant, vel pereunt,vel reſtitui non poſſunt;

(*a*) Imò fortè ob hanc rationem cum paria ſint, ut quis aliquid ſciat, & ut ſcire debeat, vel facilè ſcire poſsit, nam *in l.6.§.4.ff.de act. empt. item in l.ſed addes. 19.ff. locat.* venditor vel locator etiam ignorantiam prætexens vitii non excuſatur, cum prius vaſis periculum facere potuit, atque ſic emptorem vel locatorem præmonere; præſertim cum patresfamilias ſoleant ac debeant in doliis ſervandis omnem adhibere curam & diligentiam, picando & ſcrutando ſæpius, ut exindè ſi quid vitii contraxerint haud ignari eſſe poſsint: aliud verò eſt in eo qui ſaltum paſcuum locavit in quo herba mala naſcebatur, item aliud *in d,l.Iulianus 13 ff.de act.empt.& aliis ab Autore allegatis,* cum in hiſce caſibus vitium, quoniam erat intrinſecum & conſequenter latebat, probabiliter ignorari poterat. Add. Perez. *in Cod.ad d.l.un.de ſentent. quæ pro eo &c.n.19.* valebit hic diſtinctio alias notiſsima inter ignorantiam juſtam ſ. probabilem & injuſtam & ſupinam; item facti alieni & proprii, de quâ *vid.Dd.in l. regulâ 9.ff.de jur,& fact.ignor.*

in ſuam bonitatem. Alter eſt in depoſito, duplici æquitate: culpa enim eſt deponentis, qui fuit indiligens in admonendo qualem rem deponeret. Alia æquitas eſt ex parte ejus, apud quem deponitur, cui non debet eſſe damnoſum gratuitum officium, *l. ſi ſervus*, 61. §. *quod vero ad mandati*, 5. *ff. de furtis.*

Poſtquam verò traditum eſt in venditione, in qua transfertur poſſeſſio, & uſucapiendi conditio, diſtinguitur an poſſideat emptor, vel non: nam ſi poſſidet, cum habeat remedium exceptionis doli mali contra evincentem dominum, nullam habet adverſus venditorem actionem. Sin autem non poſſideat, agit ad id quod eſt extra rem, *l. idemque*, *de act. empt. l. venditor*, 8. *ff. de eviction*. amittit autem ſuum privilegium venditor, ſi ſciens alienam rem vendiderit: tunc enim remota diſtinctione ſive poſſideat, ſive non emptor, ſemper contra eum intenditur, & ita ſenſit *optima gloſ. ibi* ex verb. *omnimodo*. In locatione vero, in qua non poteſt habere locum diſtinctio poſſeſſionis, ſemper omnimodo tenetur locator, *l. ſi in lege* 24. §. *colonus*, 4. *l. ſi tibi alienam*, 7. *cum l. ſeq. ff. locat.* habet autem ſingulare hoc locatio, ut bona fide tradens locator alienam rem, ſi dominus non patiatur conductorem frui, poſſit tradere aut domum, aut fundum æquè commodum, *l. ſi quis domum*, 9. *ff. eod.* Probatur autem apertiſſimè, locatorem omnimodo teneri, *in l. ſi fundus*, 33. *ff. eod.* ex illis verb. *Tantum ei præſtabis, quanti ejus interfuit frui, in quo etiam lucrum ejus continetur.* Excipitur caſus unus, quando prohibetur

condu-

conductor frui ab eo, quem prohibere non potest, veluti à rep. à domino, à latronibus, *d.l.si fundus*: quæ tamen & distinctio, & exceptio cessat, ubi mala fide rem alienam tradidit: tunc enim sive possit impedire, sive non, semper convenitur ad id quod est extra rem. Atque hæc sunt quæ pertinent ad facta accessoria. Facta vero aut principalia, aut conventa obligant ad id quod interest extra rem, *l.si commissa*, 13. *ff.rem rat. hab. l.si venditor*, 6.*in fin.cum l.seq.ff. de serv. exportand.* Super est quod dicendum fuit de dando: (*b*) in quo constat non agi ad id quod interest extra rem: itaque convenit inter omnes in *l.vinum*, 22.*ff.de reb. cred.* Lex *si pœnam* 68.*ff.de verb.obl.* loquitur de facto credendi, non de dando, aliter quam crediderit Bart. Contrarium est in donatione, in quam nullum venit interesse, nisi pro dolo, *l.ad res donatas*, 62.*ff.de ædil. edict*. In danda vero pecunia, cum certa sit nummorum æstimatio, debetur tantum quod est circa rem, *l. nummis*, 3.*ff.de in lit. jur.* Excipiuntur duo casus: unus est quando actio evadit arbitraria, *l.3. in fin. l.4.l. 5.ff. de eo quod cert.loc.* tunc enim dandum est, quod interest extra rem. Excipitur item casus societatis, quæ bonæ fidei est, si unus ex sociis utatur, neque det alteri, *l.socium qui in eo*, 60.*ff. pro soc.* Bart. & Alex. putant idem esse in eo, qui solitus est fœnerari generali-

(*b*) Quatenus in obligationibus tam dandi quam faciendi interesse præstetur *vid. Umm. Proc. d. D. 21.n. 62. Beima in tract.de obl. dandi & faciendi*, addatur supra in tract.de morâ n.53. ubi dictum quod factum præcisè non præstandum sed in obligationibus facti obligatio succedat ad interesse quod etiam hæredes præstare tenentur, add. Carpz. *I.F.p.3.c.30.d.6.n.3.& 4. Item def.9.n.3.*

ter *in d.l.3*. Imola *in c.ſalubriter, de uſur. ubi alii.* Sed hoc non probatur jure: quamobrem Corneus *in conſ. 165. vol. 4.* reſtringit hoc ad bonæ fidei contractum, propter æquitatem: & ad actiones arbitrarias, eadem ratione. Quamobrem inter mercatores propter æquitatem videtur hoc eſſe veriſſimum, omnes enim pecunia fruuntur: quamobrem ſi invicem debeat alter alteri; præſtabit id quod intereſt extra rem.

32 His ita poſitis, ut arbitror, citra confuſionem, quæritur qua actione (*c*) agatur. Noſtri credunt agi certi condictione. Dixi hoc anno quid ſentirem.

Summa hæc eſt: agi ex ſtipulatu incerti, ſi ſtipulatio interceſſit, *l. ſi ſtipulatus, 4. de uſur.* ſi non interfuit ſtipulatio, agitur actione principali, *l 1. ff. de act. empt. l. naturalis, 5. §. 1. de præſcrip. verb.*

(*c*) Breviter: intereſſe aut *principaliter* eſt in obligatione & quidem ipſo jure ut propter dolum adverſarii, vel quando in locum ejus quod petitur principaliter ſurrogatur ut in faciendi obligationibus, vel partium conventione; Et hoc modo venit jure actionis; an autem condictione certi vel incerti agendum ſit tradit Beima. *in. d. tr. quod intereſt th. 6.* Aut ſaltem debetur *acceſſoriè* cum in obligatione principali nulla ejus facta eſt mentio, ſed propter moram adverſarii, qua ratione non niſi officio judicis venit, quare hoc caſu id mature petendum, enimverò cum ſententia principalis lata eſt, nullum ad intereſſe ejuſmodi conſequendum remedium ſupereſt. vid. Umm. *Proc. d. D. 21. n. 70. Strauch. d. Diſſ. 18. th. 19. Zang. de Except. p. 3. c. 17. n. 27. & 32. ſeq. Confer. ſupra tract. de morâ n. 54.* nec duæ ſunt actiones alia ſortis alia ejus quod intereſt ſive uſurarum, ſed una, ex quâ condemnatione factâ actio iterata rei judicatæ exceptione repellitur *l. ſi depoſita 4. C. depoſit.* Hinc quoque eſt, quod creditor ſolutionem ſortis abſque proteſtatione accipiens, poſtea intereſſe ex morâ petere nequeat Carpz. *I. F. p. 2. c. 30. d. 12. Berlich. p. 2. concl. 38. num. 31. Maul. Theſaur. theor. pr. de mutuo tit. 9. num. 25. Zang. d. p. 3. c. 17. num. 38.*

Proba-

Probatur (*d*) autem intereſſe per teſtes, & qualitatem rei, & redituum quantitatem, *l.ſi quos, C. de reſc. vendit.* quo jure hodie utimur. Item per venditiones locorum finitimorum: hæc tradit *gl. egregia in l.2.C.de reſc.vend.* 33

(*e*) Oportet autem poni, & articulari (ut ita dicam) locum certum, ſi de loco agatur: & æſtimationem communem. 34

Quod autem dicitur de juramento in litem, illud excludit id quod intereſt, *l.non à Iudice, 64. ff. de judic.* juratur autem ſua intereſſe, *l.penul. de in lit. jur.* non tanquam per probationem, (*f*) ſed tanquam per cauſam. Contempta autem auctoritas Judicis, & vis inimi- 35

(*d*) Cum id quod cujuſque intereſt, in facto, non in jure conſiſtat *l.quatenus 24.ff.de R.I.* facta autem non præſumantur *l. 10.C.de non num.pecun.* idcircò probandum eſt; nec valet pactum de ſtando ſimplici ac nudâ creditoris aſſertione ſuper intereſſe. Carpz. *I.F.p.2.c.30.d.15.* Cum autem plerumque incertum ſit, ideoque ejus probatio difficilis *l. ult. ff. de ſtipul. præd.* quare ſufficiunt conjecturales & præſumptivæ probationes. Carpz. *I.F.d.p.2.c.30. d.10.n.4.Berlich. p.2.concl.38.n.5.* Probari verò debet propinquum non remotum. Hagen. *d.tr.de uſu uſur. c.5.n.193.* Cæterum modum probandi tradunt Maſcard. *de prob.vol 2.concl. 932.933. & ſeq. Menoch. A. I. Q. cent.2.Caſ.119. & 120. Schneid.ad §.fin. n.24. & ſeqq.Inſt.de Verb.obl. Rot.Gen.Dec.150.n.2.Ioh. del. Caſtill.Quot.jur.p.2.c.1.n.49.ſeqq.item n.74.ſeqq.Gilh.Arb.jud.cap.6.p.1.n. 303. & ſeqq.* Si autem creditor intereſſe ſine certâ quantitate probaverit judex ex officio illud taxare & moderari poteſt. Carpz. *p.2.c.30.d.11.n.12.*

(*e*) Modum articulandi in mercatore ſubminiſtrat Gail. *lib.2.obſ. 6.* videantur quos citat. *in theſ. theor. pract. de mutuo tit.9. n.15.add. Ioh.dell Caſtill.cit.loc.Coler.de Proc.exec. p.1.c.10. n.107.Petr. Ferrar. Prax.aur.tit.2.gloſ.24.n.22.*

(*f*) Autor hic, ad probandum id quod intereſt non admittit juramentum in litem, niſi in duobus ut inquit caſibus, motus nimirum *l.non à judice 64.ff.de judiciis.* Verum penitius *hanc l.* inſpicienti apparebit, non per eam ſimpliciter excludi id quod intereſt, ſed ejus

ſenſum

inimica legibus, accipiunt in duobus casibus probationem à juramento, *l.qui restituere*, 68.*ff. de rei vindic.l.si quando*, 9. *C.unde vi.*

36 Quando autem promissa est pœna, nihil prohibet peti interesse, (*g*) *d.l.prædia*, 28.*ff.de act. empt.*sed si quis promiserit interesse simpliciter, illud debebit quod jure cautum est, pro subjecta re, & causa, *arg. l. si prior* 32.*ff. sol. mat.* & eorum quæ abundè tradidimus *in l.Gallus*,29.§.*quidam rectè*, *ff.de lib.& posth.* refert *hic* Dec.*in gl.ex verb.dupli.*

37 Novissimè ex suprà dictis intelligimus,non nasci id quod interest ex mora, (*h*) *l.si sterilis*, 21. §. *quamvis* 2.*ff.de actio.empt.*neq; ex facto, *l.Proculus*, 26.*ff.* de

sensum esse, quod doli æstimatio non ex eo quod revera interest.sed ex eo quod in litem juratur, fieri soleat.*vid. Brusius hic*,ejusmodi sensus quoque evincitur *arg.l.2.ff.de in lit.jur.* cum autem propter dolum ac rei contumaciam juratur in infinitum *l. qui* 68.*ff. de R. V.* illud vocatur à Dd. juramentum in litem affectionis, ad quod solummodo Autor respexisse videtur. Porrò *per l.2.§.1.& l.3.ff.de in lit.jur.* propter moram sivè culpam adversarii in litem quoque juratur & res æstimatur quanti reverâ est,vel actoris interest ipsam rem accepisse,idcircò vulgò statuitur esse & juramentum in litem veritatis quamvis ampliori in significatu *add.Brusius ad l.tutor* 8 *ff. de in lit. jur.* Huic tamen *Dd.* locum non concedunt nisi in probationis difficultate quando res aliter probari nequeat;jam id quod interest difficilis est probationis *l.ult.ff.de stipul.prat.* quare ad interesse probandum rectè admittitur add.Unim.*Proc.D.*20 *n.*36.*&* 37.

(*g*) Verbi gratiâ, si in venditionis, societatis, aliisque hujusmodi contractibus quoque de faciendo aliquid convenerit, adjectâ in casum cessationis pœnâ, tum pars parata pœnam, ex stipulatu si velit, vel & actione alterâ id quod interest ejus, suprà pœnæ pretium,ipsâ tamen pœnæ præstatione, eo quod interest diminuto, consequi potest; *per alleg. l.prædia* 28 *ff.de act. empt.& l.si quis* 41.*ff. pro socio.l. rescriptum* 10.§.1.*ff.de pact.*

(*h*) Autor neque moram neque factum sed utilitatem & æquitatem esse causam ejus quod interest, tradit. In quo tamen aliorum consen-

de dam. infect. sed propter utilitatem, & æquitatem. Hinc est, ut donator non teneatur.

Hinc est ut ignorans excusetur. Ergò propter hanc æquitatem si quis promiserit pœnam propter contractum: aut contraxerit propter pœnam, semper tamen pœna debebitur tanquam accessio quædam, & numerabitur in id quod interest, *l. liber homo*, 103. *in fin. ff. de verb. obl. gl. in l. quatenus, de reg. jur* Dec. *hîc col. pen.* Et ita limitatur singulariter & lex nostra, & *d. §. cum per venditorem.* Hæc autem sunt quæ meditabar diebus septem.

consensum vix meretur 1. enim æquitas non nisi causa remotissima. 2. nec utilitas absolutè considerata ejus causa dici potest, licet enim actori quædam utilitas absit, si tamen nihil sit quod reo imputari queat, hujus ratio non habetur. Manet igitur aliorsum quærendam esse causam, quæ à quibusdam dicitur esse: Si quid factum est quod fieri non debuit, aut factum non est quod fieri debuit. Beima *in d. tr. quod interest. th. 3.* Aliis, injuria, mora, culpa, dolus, contumacia dicitur Strauch. *d. D. 18. th. 17.* imò aliquando ex pacto vel conventione debetur interesse. Gail. *lib. 2. obs. 5. n. 16. Manl. Thes. theor. pr. de mutuo tit. 9. n. 3.*

F I N I S.



Ferretorum familia nobili ac pervetusta

Dam Ravenna orig: trahit.

Aemilius F. natus MCCCCLXXXIX.

~~Pisis ad discend~~

Tit. de reb. cred. tanta fama est in-

terpretatus ut Leo X. Pont. M. eum

sibi a secretis adsciverit.

In rixa patre~~m~~ occiso, Liguriam se

contulit, ibique uxorem splendidam du-

xit. Exinde Valentiae Jur civ. do-

cuit. A rege Gallor: Francisco ad

Florentinos legatus missus. Ex post

Avenionem ad Jur civ. docendam vocatus

est. Decessit Avenioni Ao. MDLII.

aetatem agens LXIII.

Guidus Panzirolus, de claris LL.

Interpret. p. 278.